



*Vol. 17.*


2.

Contentae in hoc Volumine II. :


23. Masecor, Joh. Jac., eratio de ortu et progressu iuris publici  
in Germania. Lipsiae 1719.
24. Reier, Adrian., dissip. de censibus promobilebus. Denac 1706.
25. Thüller, Petr., de Camera Principis. Denac 1715.
26. Ludwig, Joh. Petr., Dissert. de iure Palmarum hereditario. Halae  
1704.
27. Kressii, Joh. Paul., dissip. de iure officiorum et officialium.  
Helmstad 1732.
28. Roehmet, Ge. Ludor., Princeps S. R. I. ius suum vi atque  
armis tuend. Götting. 1745.
29. Wernher, Joh. Walther., de iure repressaliarum inter Principes  
Imperii. Wittebergae 1715.
30. Wildwogel, Christ., tractatio de iure Principis eminenti  
circa Rissias. Denac 1735.
31. Bonhoeffer, Joh. Fried., comment. iur. publ. Germanici, qua  
ius detractus superioritati territoriali rendi-  
catur ei quoque vera indoles ostenditur. Götting. 1773.
32. Wagenseil, Joh. Christph., de re monetali veterum Romanorum  
dissertatio. Altenf. 1723.
33. Bastineller, Gebh. Christp., dissip. de iure viarum publica-  
rum. Wittebergae 1729.
34. Ayrer, Georg. Henr., de diversitate legum ac consuetudinum  
Germanicarum circa regale molarum prolusio.  
Göttingae 1772.
35. Hoffmann, Jacob Fr. Dan., de regali marmoris iure. Tu-  
bing. 1757.
36. Hinüber, Georg. Henr., exercitatio de iure flatum S. R. G. I. Fran-  
cof. et Lips. 1756.

37. Roth, Henr. Balch., disserrt. de rovalibus. Denae 1749.
38. Bocchio, Joh. Heintz., disserrt. de reservato pectorum Cae-  
sariis propriis, et qua tali a statibus Imperii  
agnita. Francof. 1745.
- 38<sup>a</sup>. Cordellaria eae universo cure. Bambergae.
39. Thomasseti, Christ., disserrt. de benorum peculariis atorum  
natura. Halae 1730.
40. Schmid, Paul. Wilh., disserrt. de iure praelationis  
fisco, intuitu tributorum, pree creditore hypo-  
thecario, cuius summa pecunia fundus est ac-  
quisitus, et cui dominium a venditore cessum,  
competente. Denae 1760.
41. ——— disserrt. controversias quasdam circa recessum  
executio[n]is a. 1649. Norimbergae conclusam ex-  
ponens eisque convenientiam cum ipso instru-  
mento pacis Westphal. vindicant. Denae 1758.
42. Hoffmann, Christ. Godefr., disserrt. de ratione interpre-  
tandi leges Imperii Romano-Germanici pu-  
blicas. Lipsiae 1733.
43. Heusinger, Just. Georg., specimen iuris publici de distin-  
ctione regalium inter essentialia et acciden-  
talia eiusque usu. Gottingae 1755.









32

84.

31.

COMMENTATIO  
IVRIS PUBLICI GERMANICI

Q V A

IVS DETRACTVS  
SVPERIORITATI TERRITORIALI  
VINDICATVR EIVSQVE VERA INDOLES  
OSTENDITVR.



AUCTORE  
IOANNE FRIDERICO BONHOEFFER  
L. V. D.

---

G O T T I N G A E

APVD IO. CHRIST. DIETERICH ACADEMIAE TYPOGRAPHVM  
MDCCCLXXIII.

COMMUNICATIO  
INTER PARCHIUS ET CATHOLICI

EX PLATACIS  
SCHOLASTICIS ET CATHOLICIS  
MISERICORDIAE ET LIBERTATIS  
OCTOBRI

JOANNE FRIDERICIO DUCHELI  
MAGISTER

DETINENS

1669. QUINTA. LIBER. 10. M. 10. 10. 10.

# CONSPECTVS

PROOEMIVM, quo exposito discriminé inter censum emigratio-  
nis et detractum instituti ratio indicatur.

CAP. I. De fundamento ac natura iuris detractus ex iu-  
re publico vniuersali.

A) Generalia *iuris territorialis*

a) Indoles dominii ciuitatis ex occupatione territorii intelligitur.  
§. 1.

b) *Complexus iurium*, quae illio continentur, dicitur *ius territoria-*  
*le*: §. 1. cuius vis se exserit

c) intra ciuitatem §. 2.

β) intuitu exterorum

1) generatim §. 3.

2) speciatim, quoad adquisitiones eorum, praefertim ex lie-  
reditate ciuiis vel aduenae §. 4.

B) Applicatio *iuris territorialis*

a) in genere ad ius excludendi peregrinos, vel eos sub quacunque  
conditione admittendi. §. 5.

b) signifikatim ad ius exigendi detractum, quod  
α) soli imperanti competit. §. 6.

β) plenum eius exercitum definiendi arbitrium continet. §. 6.

γ) salute publica metiendum est. §. 7.

CAP. II. De originibus ac fatis iuris detractus in Ger-  
mania.

SECT. I. Fata peregrini heredis ante vestigia detractus.

A) Sub regibus Francorum *albinagium* obtinuit §. 9.

B) Quod post Carolidarum interitum *mitigari* coepit §. 10.

a) *Redenta pretio hereditate* peregrinos heredes admirerunt  
principes in Septentrione. §. 10.

b) *Prae-*

- b) *Praescriptione anni introducta intra annum extraneus heres aduenae* admittebatur: vbi de occupatione eiusmodi hereditatis post annum praescriptae differitur. §. 12.
- c) *Remissa occupatione hereditatis ciuium improlium peregrini* eorum heredes sub diueris conditionibus admittiebantur a principibus: praeferunt in ciuitatibus §. 13.  
quae etiamfi autonomia praeditae erant, Sec. XII. et XIII. ius in peregrinos statuendi non habebant. §. 14,

## SECT. II. Historia detractus.

A) Prima vestigia detractus a peregrino herede in ciuitatibus nonnullis territorialibus Sec. XIII. vsque ad med. Sec. XIV. exacti tum ab aduocato principis tum a ciuitate ex priuilegio principis: vbi pro mitigatione iuris antiqui habendus esse videtur. §. 15.

abrogata redemtione hereditaria et remanentibus vestigiis iuris antiqui. §. 16.

B) Detractus ex autonomia in ciuitatibus nonnullis Hanseaticis a peregrino herede inde a med. Sec. XIV. vsque ad priuilegia ciuitatibus imperialibus concessa maxime ob cauſam onerum exactus: §. 17.

intra quod tempus  
deprehenduntur adhuc vestigia exclusionis peregrini heredis. §. 18.

C) Priuilegia caſarea detractus ciuitatibus imperialibus ob cauſam potissimum fleuarum concessi, et ab omnibus peregrinis bona ex quoconque titulo transferentibus exacti post medium Sec. XV. vsque ad initia detractus territorialis §. 19.

vbi tamen  
1) aliae ciuitates tum imperiales tum territoriales ex autonomia et diueris cauſis detrahebant §. 20. et  
2) iuris antiqui vestigia supererant et exclusio peregrini heridis tum ex retorsione vel fine ea siebat. §. 21.

D) De-

D) *Detractus territorialis* inde a primo eius exemplo de a.o. 1527. vsque ad ultimum decennium Sec. XVI. ex *re-torsione* potissimum introductus, et tum intra territorium tum contra extraneos exercitus: vbi simul *effectus* eius intuitu eorum, qui in territorio detractu usuri erant, traduntur: §. 22.

Continuatis

- 1) *privilegiis caesareis ciu. imp. concessis* §. 23. et  
2) *vestigiorum exclusionis peregrini heredis vel ex retorsione* vel fine ea §. 24.

E) Inde ab ultimo decennio Sec. XVI. occurrunt *nouae mutationes* §. 25.

quae vel

- a) *communes* sunt *detractui territoriali et ciuitatum*: vt  
a) *paesta de tollendo vel imminuendo detractu* §. 26.  
b) *determinationes nouae intuitu personarum*, quae ab eo  
exemptae vel ei subiectae sunt. §. 27. 2) *bonorum ea-  
dem ratione* §. 28. 3) *modi exactiōnis*, qui cautior fa-  
etus est §. 29. 4) *cansarum impellentium*. §. 30.  
b) *propriae detractui territoriali*:  
quod pro regali nominatim declaratus est in nonnullis terri-  
toriis. §. 31. Additur his continuatio  
1) *cansarum detractus antiquarum*, ex quibus tum in  
territoriis tum a ciuitatibus exactus est. §. 32.  
2) *effectuum detractus territorialis* intuitu detractus ci-  
uitatum et nobilium. §. 33.  
3) *vestigiorum exclusionis peregrini heredis vel ex re-  
torsione* vel fine ea §. 34.

### CAP. III. Quo ius detractus superioritati territoriali vin- dicatur, eiusque vero indeoles ostenditur.

A) Praemisso examine sententiarum, quas alii tum de *origine* §. 36. tum  
*fundamento* detractus proposuerunt §. 37.

B) Vera indeoles *iuris statuendi* in peregrinos exponitur

- a) *privati* ex potestate dominica §. 38.  
b) *publici*: quod superioritati territoriali vindicatur  
1) ex applicatione principiorum iuris publici vniuersalis §. 39.  
2) ex historia detractus  
a) quoad ius excludendi peregrinos §. 40.  
b) quoad detractionem. §. 41.
- Ex quibus, quin limites ostendi nequeant, consequentia  
ducitur: hodienum adhuc  
1) competere super. terr. ius illud, eamque detra-  
ctum introducere posse §. 42.  
2) plenum arbitrium exercitum *detractus* definiendi  
ei esse tribuendum §. 43.  
3) Superioritatem territorialem *solan* per territo-  
rium ius detractus habere, vbi in primis, an ci-  
uitatibus ex posse fuisse immemoriali compe-  
tit? disquiritur §. 44. At  
salute publica illud metiendum est §. 45.

CAP.



## PROOEMIVM.

**C**ensum emigrationis, cui bona ciuis vel subditi emigrantis subiiciuntur, et *detractum*, cui obnoxiae sunt res, quae peregrinis in aliena ciuitate hereditatis vel alio titulo obtingunt, easdem in Germania origines habuisse, eodem fundamento niti, et iisdem finibus circumscribendos esse, qui de iure detractionis commentati sunt, tradunt plerique. Convenire in eo, quod in utroque pars bonorum detrahatur, et eam conuenientiam ad iuris detrahendi *σύνημα* condendum, sub quo haec instituta comprehendi possint, sufficere arbitrantur. Quod ad origines attinet utriusque, easdem fuisse non probant, sed vel diuinando vel pro auctoritate adfirmant. Fundamenta vero, quae in medium adserunt iis non ubique respondere, quae de censu emigrationis et detractu leges et statuta Germaniae prae-

A

cipiunt,

cipiunt, quo ad detractum infra patebit. Nec feliciori successu  
in finibus vtriusque regundis vtuntur. Eius rei caussam si quis  
quaerat, tum in coniunctione ipsa, quae non potest non suspecta  
esse ei, qui haec instituta accurate considerat, tum in neglectu  
fontium, qui in hac materia adeundi sunt, deprehendet. Diffe-  
rent personae, quae censui emigrationis et detractui obnoxiae  
sunt, differunt earum iura et obligationes, differt quoque ius  
eius, qui vel detractum vel censum emigrationis exigere potest.  
Alias origines in Germania, alia fata habuit census emigrationis,  
alia detractus, quod docent monumenta historica, quae de vtro-  
que nobis sunt prodita. Itaque si ingenue fateri licet, horum  
institutorum vera indoles exponi non posse videtur, nisi separa-  
tим tractentur. Nec in detractione subsistendum est, sed vniuer-  
sim ius imperantis considerandum, quod vel in ciuem habet emi-  
grantem eiusque bona, vel in peregrinum res in ciuitate adqui-  
situm. Illud quidem ex natura subiectionis et imperii, hoc  
autem ex habitu, qui est inter diuersas ciuitates, intelligitur.  
Ex quibus principiis fundamenta ac naturam horum institutorum  
exponi posse ac debere nobis est persuasum. Inde ratio consta-  
bit, quare in quaestione proposita: *detractus in Germania an sit  
ius superioritatis territorialis?* de detractu solo nobis sermo sit.  
In ea excutienda ita versabimur, ut primum ex iure publico vni-  
uersali fundamentum ac naturam detractus examinemus, deinde  
origines, fata, ac caussas detractus in Germania tradamus, ex  
quibus denique, quid pro superioritate territoriali adfirmandum  
sit, adparebit.

---

CAP.

## CAP. I.

### DE FVNDAMENTO AC NATVRA IVRIS DETRACTVS EX IVRE PVBLICO VNIVERSALI.

#### §. I.

*Indoles dominii ciuitatis ex occupatione territorii intelligitur, in quod imperanti ius territoriale competit.*

**E**st vnicuique ciuitati dominium. quod omnes res omniaque iura, quae ei propria sunt, complectitur. In primis sub illo continetur territorium, regio, in qua sedes habent, qui sunt ex ciuitate. Constat illud ex rebus, quae ad singulos, quae ad familias, quae ad vniuersitates pertinent, et rebus, quae vel praecipuis ciuitatis commodis ac tuenda imperantis dignitati inferuiunt, vel quae sunt in speciali vniuersorum dominio, omnibus vsu communes. Originem tam diuersarum territorii partium et veram dominii ciuitatis naturam inuestigatur ad natales eius deducimur. Originarius omnium rerum adquirendarum modus est occupatio. Ponamus ergo, populum quendam sedum quaerendarum consilium capere, et coniunctim regionem, in qua habitatum concedere possit, in potestatem redigere; patet eam illi, quem sicut singuli res in statu libertatis naturalis positas adprehendendi ius habeat, occupatione propriam fieri, proprietatem autem porrigi, quo usque signa adpareant occupationis. Iam ex natura ciuitatis et adprehensionis simul factae intelligitur, nec singulis partes, quas quisque

A 2

occu-



occupauit, iure proprio cedere, nec imperanti, sed vniuerso populo, cuius ille pars est, totius regionis dominium adquiri a). Quum e re ciuitatis communio rerum occupatarum videri haud possit, imperans vi imperii, quod in ipsum ab vniuersis translatum est, et cui exercitium iurium dominii occupatione in totam regionem quae sit adhaeret, fundos eius singulis ad culturam assignabit b); qua assignatione facta oriuntur dominia singulorum, quorum censu etiam habentur familiae ac vniuersitates, si quae sunt in ciuitate, et hinc *res singulorum, familiarum, vniuersitatum priuatae.* Verum non omnia diuidet, fundos v. c. quibus colendis paucitas populi haud sufficit; aut cuncta parvula non poterit, veluti flumina, montes, vias et alia eiusmodi, haec remanent in dominio speciali vniuersorum, quod *ꝝoxn publicum,* et res eo comprehensa res ciuitatis *publicae* vocari solent. In diuersa haec rerum genera totumque territorium imperanti sunt iura, quae ex natura dominii publici et imperii intelliguntur. Complexum horum iurium *ius territoriale* appellamus, cuius vim nunc tum in ciuitate, tum intuitu exterorum exponemus.

## §. II.

a) Quod in translatione imperii dominium territorii non simul transferri contendunt G. S. TREVER in annot. ad *Puffend. de Off. H. et C.* L. II. c. XV. §. 6. n. z. s. de *coccceii* in annot. ad *Henrici de Cocceii Grat. ill. L. I. c. III. §. 8.* p. 245. et L. II. c. III. §. 4. p. 465. *Perill.* G. L. BOEHMER in eleg. dis. de *iure principis circa loca et opera publica* c. I. §. 4. id omnino huc referendum esse putamus. Egregium vsum hoc praeceptum in multis quaestionibus

habet. In distinguendo dominio feudorum Imp. R. G. directo et pro domino Imperatoris sublimi acute illum idem *Vir Perill.* ostendit, in dis. de *consolidatione feudorum impedita* §. 2.

b) Partitionis ab vniuersis factae exemplum de Germanis commemorat *TACITVS de mor. Germ.* c. 26. *Agri pro numero cultorum ab vniuer- sis per vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiun- tur.*



## §. II.

*Vis iuris territorialis intra ciuitatem.*

Exemptae e communione totius ciuitatis res singulorum assignatione imperantis sunt adhuc partes dominii, quod est totius populi, et in quas imperans ius habet territoriale. Regit itaque non tantum illarum usum, ut ad commune ciuitatis bonum tendat, sed etiam necessitate publica id exigente iis abuti, easque pro salute reipublicae deuouere potest. Potissimum vero subsunt supremæ imperantis inspectioni res publicae, de quibus statuendi apud eum summum ius est. Dispicit itaque volenter singulis usum eorum promiscuum relinquere, eumque iusto arbitrio desinire, an vero ciuitati magis expedit, ut res illae peculiaribus reipublicae commodis aut ad dignitatem ipsius tuendam adhibeantur. Eodem iure de fructibus dominii publici accessionibus que tum naturalibus tum fortuitis disponit, quibus si singulis utiliter, id vnicce eius permisso fieri dicendum est. Ex quo id multo magis intelligitur, eo non consentiente, neminem sibi ea propria reddere posse, quum hoc nec dominii ciuitatis, cui subsunt, nec ratio imperii ferre videatur c). Neque contrarium efficit, quod singulos interdum res minimi momenti in ciuitate occupare videoas, quum nihil impedit, quominus indultu imperantis id fieri adfirmemus, quippe qui illi occupationi promiscuae modum statuere, aut eam prohibere potest.

## §. III.

c) Quod perill. G. L. BOEHMER LEYSERVUM vrget, qui in sp. 439. in laud. diss. de iure principis circa loc. med. ad pand. res, quae sunt in domi- ca et opera publica c. III, §. 4. contra nio publico, nullius esse adfirmsat.

A 3



## §. I. III.

*Vis iuris territorialis intuitu exterorum generatim.*

Potissimum vero ius territoriale imperantis se exserit intuitu exterorum. Omni dominio hoc ineft, quod dominus de re sua pro arbitrio disponere, eaque exclusis omnibus aliis ut frui possit. Nam cum princeps iura dominii territorialis exerceat, quatenus intra limites salutis publicae continentur, ab huius arbitrio omne ius peregrini in territorio pendere patet. Nemo alienum fundum intuitu domino ingredi potest; omnibus igitur, qui sunt extra ciuitatem, si territorium eius introire velint, consensu imperantis opus est. Siue transfituri, siue in eo aliquandiu commoraturi sint, ea concessione indigent, exprette interueniat an facite nihil interest, sufficit quemque posse sine iniuria arceri. Si admittitur peregrinus, imperans admissioni eius legem scribere potest, cui ille subiicitur, cum primum ciuitatis territorium ingressus est, et si ingredientem nulli conditioni expressae obnoxium reddit imperans, sit tamen subditus temporarius. Eadem ratione res peregrinorum, quas illi secum adferunt, aut quae sine dominis territorium transeunt, iuri territoriali imperantis subsunt, qui earum transitum vel inuictionem ratione salutis publicae regit.

## §. IV.

*Vis iuris territorialis speciatim intuitu adquisitionis exterorum.*

Communione iuris ciuitas continetur, ad quam omnino ius res in ciuitate adquirendi est referendum. Hac carent omnes, qui

qui non sunt ex ciuitate. Itaque peregrinus res alieni territorii sine expresso vel tacito industu imperantibus sibi proprias reddere nequit. Non emere, non conducere, nihil ei donari, nihil cedi poterit, et quae sunt reliqua, nisi ei permittatur. Civem autem res suas in extraneos transferentem imperium principis cohibet. Atque id non tantum ad eos pertinet, qui plane sunt extra territorium, sed etiam qui illud ingressi iuri imperantibus ad certum tempus se subiecerunt. Multum conditio subditu temporarii a ciue differt; quemadmodum ~~omn~~ illa obligationem onera ciuitatis ferendi in peregrinum non transfert, ita etiam ius commoda ciuitatis percipiendi haud communicat d). In primis ciuibus propriae sunt eae acquisitionum formulæ, ad quas lex ciuitatis vel ius acquirendi adstrinxit, vel quibus vim addidit. Ille quidem hoc loco silentio praeterimus, de his vero, quarum e numero præ reliquis esse arbitramur testamenta et successiones ab intestato, sermo iniiciendus esse videtur. Sunt quidem, qui eorum causam ex lege naturali defendant, eaque adeo inter gentes vim habere adfirment, quos vero controversiam de iure pleno heredis agi non perpendere nobis est persuasum. Morte domini in statu naturali omne eius dominium cessare, adeoque res defuncti primo apprehendenti cedere, acutissimis eius legis e) interpretibus f) est persuasum. In omni successione legi gitima

d) Quod bene monet Cet. r. w. PESTEL in dis. qua iustitiam et benignitatem legum germanicarum erga peregrinos examinat §. 2.

e) Quae scilicet complexum iurium, quae plene alteridebentur, conti-

nent; nisi enim his finibus regatur iurisprudentia vniuersalis idoneo per multas quaestiones iuris publici vniuersalis et gentium decadendi fundamento carebris.

f) Horum in numero sunt in primis



gitimia certae personae et ex certo ordine vocantur, de quibus omnibus lex naturalis tacet, et quae unaquaque ciuitas, prout e republica esse videtur, definit g). Sine utriusque consensu ex iure naturali nullam iuris alterius translationem fieri posse est in propatulo. Nemo ergo ex testamento ius succedendi habere potest: qui transferet, qui velle desit, qui acceptabitur ab eo, qui promittere nequit h). Siue igitur peregrinus sanguine sit proximus, siue agnatus siue cognatus, siue heres institutus, siue legatarius nullum ius habet succedendi. Quod non tantum verum est, si ciuis vel subditi perpetui heres esse vult peregrinus, sed etiam tum, si hereditatem subditi temporarii vel aduenae in alieno territorio ad se pertinere arbitretur. Aduena enim cum territorium ingressus communionis iuris ciuitatis particeps non fiat, testari non potest, vt res quas secum habet in heredes transferat, nec ab intestato ei succedendi quisquam ius habet: nec in ciuitate eiusmodi hereditas sit res nullius, quas in ea non deprehendi supra euicimus, sed accessione fortuita in earum rerum censum venit, quae sunt in speciali dominio ciuitatis sub inspectione imperantis.


## §. V.

MIS N. H. GUNDLING IN I. N. ET G.  
C. XX. §. 66. G. S. TREVER C. I.  
L. I. c. 12. §. 10. PERILL. G. CH. GE-  
BAUER IN DIS. DE IURE SUCCESSIONUM  
VET. GERM. QUAE EST IN VELLIGIIS IUR.  
GERM. ANTIQ. IN TACITI GERM. OBUIUS  
XIII. P. 553. b. G. ACHENWALL  
IN I. N. §. 273.

g) Videndum est eam in rem omnino MONTESQUIEV. *Esprit des Loix*  
L. XXVI, ch. 6. Exemplo esse pos-

sunt fata successionis legitimae apud Romanos, et in ipsa patria.

h) Idem quos n. f) excitatimus, testamenta c. l. ex iure naturali proficeribunt; quibus hoc loco addendi sunt c. van BYNCKERSHOECK  
Obs. iur. Rom. L. II. obs. 2. CHR.  
THOMASIVS de orig. succeſſ. testam.  
prod. §. 8. seq. I. H. BOEHMER in  
I. P. V. part. spec. L. III. c. 4. §. 7.  
n. b).



9

§. V. *ad iure advenientia accessione vel iure*

*Deficiente iure adquirendi peregrinus vel plane excludi vel  
quacunque conditione admitti potest.*

Iam cum peregrino ob rationem dominii publici in alieno territorio nullum ius sit res adquirendi; sponte consequitur, illum ab imperante vi iuris territorialis sine iniuria posse excludi. Multo magis igitur, si admittitur, admissio eius certis limitibus circumscribi poterit. Ex innumeris conditionibus, quibus ille subiici potest, esse posse eam, quis dubitet? ut ciuitati partem acquisitionis relinquat vsibus eius publicis inferuituram: quae vero conditio cuiusque ciuitatis praecerto demum est praecoptanda, cum ius publicum vniuersale tantum ius eam praescribendi tueatur.

§. VI.

*Indoles iuris detractus ex iure publico vniuersali.*

Iuris exigendi detraictum quae sit secundum ius publicum vniuersale natura, ex proposito fundamento plenissime constat. Primum enim inde intelligitur illud soli imperanti esse tribendum, qui iura dominii publici per totum territorium exercet. Dubitationem forte mouent vniuersitates publicae, quae auctoritate imperantis stabilis finis obtinendi caussa in perpetuum in republica consociatae sunt, et particulari quadam rerum iuriumque communione fruuntur, liceatne illis ob finem communem eos, qui sunt extra vniuersitatem, ab acquisitione rerum in dominio vniuersitatis constitutarum prohibere? Sed primum huic liberta-

B

ti



ti in extraneos statuendi ipsa vniuersitatis publicae origo obstat, quam imperanti debet, a quo lex vniuersitatis profecta est, et qui ideo adeundus omnino est, si eius extensionem commune vniuersitatis bonum desideret. Deinde euertit eiusmodi libera vniuersitatis dispositio vel iura imperantis vel reliquorum ciuium. Duplex scilicet harum intuitu est extraneorum genus; nonnulli plane non sunt eiusdem reipublicae, nonnulli vero eiusdem sunt ciues. Illos quidem admittendi vel excludendi est ius imperantis, quod ei per totum territorium competit, hi vero, quoniam communione iurium fruuntur ciuitatis, possunt etiam bona vniuersitatis adquirere, quae sub illa comprehenduntur. Itaque ut ille iure suo se abdicet, horum vero libertas restringi possit, id vniuersitati ex concessione imperantis acquirendum esse patet. Quam quidem concessionem expressam esse debere arbitramur, quum ex possessione quantumuis diuturna eius iuris translatio colligi nequeat, quae vis ei demum ex lege ciuili accedit. Porro ex allata caufsa in detractu definiendo summum imperantis esse arbitrium cognoscitur. Nemo, qui est extra ciuitatem, quicunque etiam ille sit, ipso iure ab eo exemptus est, nisi exemptionem beneficio imperantis consequatur. Nullum est bonorum, quae extraneis adquiri possunt, genus, quod iuri detractus non subsit, siue sint dominii priuati ciuis, siue dominii publici, vt hereditas aduenae. Nec titulus acquisitionis differentiam efficit, siue extraneus emat, siue ei donetur, siue heres sit ex testamento siue ab intestato, iuri detractus subiici potest. Bona transferantur et territorio exportentur nihil intereat, an in eodem remanent.

neant? Quantitas etiam detractus intra certos limites haud continetur, et quae sunt eiusmodi plura, quae facilissime addi possunt.

*IN QUINTA*

*§. VII.*  
*Exercitium iuris statuendi in peregrinos salute  
publica metiendum est.*

Quum vero salus populi imperantis suprema lex sit, ad eam quoque vel exclusio vel admissoio peregrini sub conditione detractus exigenda sit. *exigenda in sequentia peregrinorum in territorio et commerciorum libertate commoda cuiusque ciuitatis maximopere augeri constat.* Itaque illis omni modo fauere principes debent, eisque concedere, quibus sine detrimento ciuitatis frui possunt. Utuntur omnes gentes eodem iure, nonne si altera v. c. hereditates deneget, aut summo rigore detraictum exerceat, altera id retorquebit, vel retorquere poterit? Nisi igitur manifesta reipublicae exigat utilitas summo iuri benignitas in peregrinos omnino erit praeserenda.

732

B 2

CAP.



CAP. II.  
DE ORIGINIBVS AC FATIS DETRACTVS  
IN GERMANIA.

§. VIII.

*Introitus.*

Pergimus ad ea, quae in peregrinos in Germania statuta sunt, praesertim ad origines, fata, ac caussas iuris detractus. Sicut igitur ei initio solus peregrinus heres, eiusque prima vestigia incident in tempora, in quibus iam erunt domini territorii. Higitur tum, sicut olim imperator per totum imperium, in peregrinos per territorium statuebant. Mutata erat peregrinitatis ratio, cum non tantum is, qui Germanus non erat, sed Germanus in ipsa Germania peregrini censu haberetur, si alieni erat territorii vel alienae ciuitatis. At benigniores quoque fieri cooperant principes, praesertim in peregrinos heredes, remiso sensim summo iure, quod antea in eos statuebatur. Igitur antequam historiam detractus ipsam aggrediamur, non incommodum erit praemittere, quibus fatis peregrinus heres ante eius introductionem vsus sit; deinde historiam ipsam, in eaque pro diuersitate temporis diuerfas eius mutationes, quae inde ab eius initii circa illum contigerunt, persequemur.

SECT.



## SECT. I.

FATA PEREGRINI HEREDIS ANTE VESTIGIA  
DETRACTVS.

## §. IX.

*Sub regibus Francorum albinagium obtinuit.*

Conuenit temporibus illis, quibus post Romanos delectos euer-  
sis fere omnibus nullo vaene vinculo diuersi Eu-  
ropae populi ... summi iuris in peregrinos obseruantia.  
Ab illis haud incommode MONTESQVIE v. a) origines albinagi. b)  
repetit, ex quo res peregrinorum per omnem propemodum Eu-  
ropam a principibus vindicabantur. De rigore huius iuris a regi-  
bus Francorum exercito insignia extant documenta. In diplo-  
mate c) quo restitutionem ablatorum ecclesiae Scotorum Honau-  
giensi iniungit Carolus M. "commendat omnibus iudicibus terrae il-  
liss ut illi quaerant omnes res ecclesiae can ratione secundum legem  
Francorum quia res peregrinorum propriae sunt regis". Prae-  
dictio non nisi in diplomate dicitur.

a) *Esprit des Loix L. XXI. ch. 17.*

b) Recte sentire eos putamus, qui  
albinagi vocem ex alibi natis con-  
tractum esse censem. Locus qui in  
dipl. Ludou. pii pro eccl. Parif. ao.  
820. apud BALVZIVM T. II. p. 1418.  
extat id confirmare videtur: ut nullus

comes ullam censum de terra S. Ma-  
riae accipiat nec de familia ipsius ec-  
clesiae nec de aliis liberis hominibus  
vel incolis quae rustice Albani dicuntur.  
c) apud MABILLON Act. Ord.  
Bened. T. II. p. 699. ECCLABD. orig.  
Habsb. p. 105.

B 3

cipue ad peregrinum heredem pertinere videtur locus insignis  
in capit. 814. d) quo praecepit idem Carolus M. "ut ipsi vicarii de  
hereditate foris hereditibus si exsisterit ad opus nostrum recipiatur ne  
illud fraudetur" e). Erat itaque tum temporis occupatio heredita-  
tis peregrinorum pars redditum regiorum.

## XI.

## S. X.

*Post tempora Carolingorum melior esse coepit peregrini  
heredis conditio.*

Extincta stirpe Carolingica obsolescere coeperunt leges et  
capitularia regum Francorum et omnia moribus et consuetudinibus  
permittebantur. Augebantur interea duces, comites, et reliqui  
officiales regum munificentia, ausuque proprio potentia ac opibus,  
iuribus imperatorum sibi assertis. Muniebantur urbes, ad  
quas vndeque confluebant, qui securi, qui beate viuere volebant.  
Ad harum iura regenda consuetudo sola sufficere non videbatur.  
Itaque conditores vel domini inter reliqua priuilegia leges quo-  
que scriptas ciuitatibus suis concedebant. Efecit deinde ratio  
commerciorum quibus ciues et incolae ciuitatum operam in primis  
dabant, ut benignior esse in Germania peregrinorum conditio  
inciperet. Eius benignitatis vestigia nunc legemus, quae ex  
legibus ciuitatum aliisque eius aevi monumentis adparent.

## S. XI.

L p. 508. *apud fundam RALVZIVM T.  
e) Verba vel iniuria temporis mu-*  
*tila facta, vel summae latini sermo-  
nis illius temporis corruptioni tri-  
buenda sunt.*



## S. XI.

*In Septentrione principes redenta pretio hereditate peregrinos  
heredes admittebant.*

Primum Iuc referemus redemptionem hereditariam *Erb-  
kauff* f) dictam, institutum septentrioni visitatum. Obtinuerat  
apud Suecos, Danos, et in regionibus nonnullis Germaniae,  
quae illis finitimae sunt, lex *Danaarff* g) dicta, ex qua hereditates  
peregrinorum *nato regum ac principum addicabantur* h). Cuius  
rigor concepsa peregrinis tum hereditatem transmittendi tum ad-  
quirendi facultate pro certo pretio redenta mitigabatur. Pre-  
tium hoc *Inngeld*, *Ervkoep*, *Erbkauff* audiebat. Vestigia redem-  
tionis hereditariae deprehenduntur potissimum in statutis ciuita-  
tum ducatus Slesvicensis, ex quibus vniuersa eius ratio adparet.  
Antiquissimum est *statutum ciuitatis Slesvicensis* i), quod ao. 1156.

a rege

D) Egregie de hoc instituto expo-  
suit *Cel. I. c. II. DREYER in spec. iur.  
publ. Lubec. de iure naufragii* p. 131.  
g) originem vocis *Perill. Es. de  
PFVENDOR in obs. I. Vnus. T. III.  
obs. 14. §. 5. n. \**. a *Damnhof* quod  
in vetustis legibus danicis supremum  
iudicium designat, repetit, ita ut  
summi iudicis hereditatem denotet  
*Danaarf: LOCCENIVM et WACHTERVS*  
in Glois. a voce *dan*, *dain*, *dauth*  
mortuo deriuant, quasi mortui here-  
ditas indicetur: Alii a finitimis Da-  
nis ad omnes peregrinos nomen trans-  
latum esse putant.

h) Quod intelligitur ex leg. *We-*

*frogoth. c. 14. apud LOCCENIVM in  
Lex Juris Suev. Goth. v. Danaarff*  
ubi haec verba leguntur: *Si decadat  
hic vir Germanus nec existent liberi,  
rex capiet hereditatem, hoc vocatur  
Danaarff.*

i) Historiam stat. Slesvicensis re-  
solvit *Cel. c. 6. RICCIUS im zuverlässigen  
Entwurf von Stadtgesetzen* p.  
146.. Verba statuti quae hoc per-  
tinent, articulo 37 continentur: *Idt  
ys to wetende, dat de Koeninck heeft  
etliche sondere plicht binnen Sleswick  
und ys geheten Eriskoep, darmede  
koefft mandat Erbo deriennen, de dor  
sterven binnen Sleswick, so scholen  
doen*



a rege Daniae Suenone IIII concessum est, vbi huius instituti mentio fit. De ysu eius per Sec. XIII. testantur iura antiqua ciuitatis *Ripensis* *k)* lata a Christophoro I, rege Daniae ao. 1257. repetita ab Erico VL 1269. item statuta *Flenopolitana* *l)* a Waldemaro IV. 1284. data, cum quibus amice conspirat ius municipale *Apenradense* *m)* quod est eiusdem anni, denique statuta *Haderslebensia* ao. 1292. a duce Waldemaro promulgata *n)*.

### §. XII.

*Praescriptione annali introducta hereditas aduenarum demum post annum occupabatur.*

Alterum, ex quo meliori conditione peregrinum post tempora Carolidarum vsum esse adparet, est tempus adeundae a pe-

regrino

doen alle de grine Boergers en synt,  
and alle Geffe, de vth den Hartichryke,  
vth Sassen Lande, vth Vreeslande,  
vth Yslande, van Bornholm edder anders  
war her, idt en sy dat se yn den Leuende vrigh kopenier Erve dem Künninge.  
*k)* apud de WESTPHALEN mon. in-

ed. T. IV. p. 1999. n. 107. *V*bicunque quis moritur et solutionem suam proprię Arskoop pro se persoluerat, ibidem vbiunque locorum bona desunt in regno sunt libera ab omni imputatione esse tenentur.

*l)* apud eindem t. c. p. 1898. art.  
*12.* Die Herrschop hefft Ingeld bin-

nen Flensburg, dat hetet Ervkop, wol dat nicht vrgift, unde sterret hier in der Stadt so ervet ene de Herrschopp. et a. 14. alle Geffewo se herkamen kopen, eren Ervkop, mit enen Schilling Lubische und enen Penninge.

*m)* apud Cel. i. c. H. DREYER in der Sammlung vermischter Abhandlungen P. III. p. 1373. vbi eadem verba sunt ac in stat. Flenopolitano.

*n)* apud de WESTPHALEN in monum. ined. T. IV. p. 1978. n. 17. Ein jeder so sich in der Stadt nieder gelassen, soll sich erbkauffen mit 2½ Schill. — Sterbet jemand und hat sich nicht erbgekauft, ist solches Erb dem Hertzoge verfallen.

peregrino hereditati statutum. Olim enim statim post fata res peregrini in manum principis vel eius adiutori<sup>o)</sup> veniebant; sed postea hoc temperamentum adhibitum est, ut extraneus heres demum post annum excluderetur <sup>p).</sup> Initia praescriptionis huius annalis, quae etiam aliis in causis <sup>q)</sup> medio aeuo usitatissima fuit, in exclusione peregrini heredis adhibitae Sec. XIII. deprehendimus. Subsequenti autem seculo, ex quo ingens statutorum numerus supereft, fere omnibus continetur. Effecere instituta religiosa et efflorescentis in ciuitatibus commercii ratio, ut per multi peregrini adcurrerent, qui vel aliquandiu in ciuitatibus comorarentur vel transirent, e quibus <sup>r)</sup> quo fato fungentur vel testatus vel intestatus, eius heres intra annum admittebatur, ut res defuncti sibi habere posset; eo autem effluxo submouebatur <sup>s)</sup>. In praescriptione hac annali ad institutum nostrum potius quod silens longe all

<sup>o)</sup> quod patet ex superioribus, et ex statutis Sufatens. antiquis latinis apud Cel. f. d. HAEBERLIN in anal. med. seu p. 24, et EMMINGHAUS in mem. Sufat. p. 103. vbi: *Iuris est advocati hereditatem accipere Frisionum et Gallorum et in Skraa antiquis. Sufat. apud de WESTPHALEN in monum. ined. T. IV. p. 3064. n. 39. Der Vreyen und der Walen Erve binnen der Stadt, dat is des gerichtes unjes Heren van Colne.* aliud MST. habet *van Cleve.*

<sup>p)</sup> Id iure Sueogothico introducuntur apud Germanos postea in ualuisse haud improbabiliter coniicit *Perrill. de PUFENDORF l. c. §. 5. Suffragatur ei coniecturae Lex Westro-*

tissimum goth. c. 14. Si vir Anglicus hic in regno moriatur nec adsit eius cognati hereditas eius per annum flabit.

<sup>q)</sup> v. c. in seruitute, in possessione dotis etc. Vid. omnino Cel. ch. a. RICCI Spec. iur. germ. de praescript. Germ. c. 4. §. 1. et alibi passim. De praescri. annali hered. agit c. IV.

<sup>r)</sup> Tum ex analogia statutorum, in quibus de praescriptione hac annali agitur, tum ex ipsis eorum verbis, quum in plerisque nomen adueniae vel exulis occurrat, consequi videtur, eam tantum ad hereditates adueniarum pertinuisse, quanquam ad res cuius defuncti ab extraneo adquirendas nonnulli extendant. Accedit quod C



tissimum pertinere videtur, cui aduenae hereditas post annum cesserit? quod permultum ad historiam detraictus declarandam facere existimamus. Et primum quidem non licebat ciuibus res eiusmodi promiscue occupare; hinc hospites pro suribus reputabantur, qui illas in diuersoriis sibi vindicare, aut partem earum fraudulenter retinere auferant<sup>r)</sup>, et Fridericus II. Imp. ao. 1220. eiusmodi direptionibus poena tripli et amittendae testamentificationis proposita modum statuit <sup>t)</sup>. Fisco suo eiusmodi hereditates principes initio soli vindicabant. Ad imperatorem ipsum idius in civitatibus imperialibus pertinuisse testatur priuilegium Friderici I. ao. 1186. Lubicensibus datum <sup>u)</sup>. In priuilegio Frider. II. ao. 1219. Goslariensibus concessa <sup>x)</sup> aduenarum hereditatem exilio minus posset; eo minus est idem ppter possit; et si in his casis in nullis iustis statu illis in nonnullis expresse alia disponantur de hereditate ciuii, alia de rebus aduenarum, e quibus instar omnium est stat. Viennense ao. 1198. apud LAZIVM in Vienna Austriae p. 74. vbi heres eius plene excluditur, nisi te in locum hereditatis conseruat; heres aduenae autem intra annum libere admittitur; post annum praefectione remouetur. Et certe prudentiae magis conueniebat in concedenda aduenae hereditate liberaliorem esse, quam in rebus ciuium.  
 s) Testatur id statutum Viennense modo excitatum: vbi: hospes eius, in eius domo moritur, statim summa bonorum suorum coram ciuibus et in dicio manifestet, et si quid fraudulenter fortasse retinuerit, de bonis illis eorumdem sur reputetur.

<sup>r)</sup> apud LVNIG R. A. T. XIII. p. 1331. Si in tempore illud (annum et diem) nemo proximorum suorum venerit, quacunque hereditatem regiae potestati solvantur. Addi potest priu. Bremense 1186. apud eundem c. I. p. 220.

<sup>t)</sup> auth. Omnes peregrini C. comm. de successo.

<sup>u)</sup> apud HEINECCIVM in Antiq. Goslar. p. 219. Aduocatus ciuitatis nullius hereditatem debet accipere, praeterquam histriorum, iaculatorum, et aduenarum; sed aduenae hereditatem per unius omni circulum in manu aliquius Burgenis salvam faciet oseruari, infra quod tempus si nemo venerit, qui eam petat, tunc deum aduocatus ipsam hereditatem sibi retinebit.

❖ ❖ ❖

tas post annum adiudicato caesarēo vindicatur? Dominos territoriales res peregrinorum post annum sibi afferuisse, euincunt per multa eius acui documenta, ex quibus nonnulla pro instituti ratione allegare sufficiat. In priuilegio, quod Henricus Leo Bauariae et Saxoniae dux Gittenbus anno 1163. concessit, post annum eorum hereditates in ciuitatibus suis per iudicem ciuitatis sibi vindicat y). Ex priuilegio ciuitati Hamm anno 1213. ab Adolpho comite de Maret et Altona induita alienigenae in oppido defuncti hereditas post annum cedere dicitur domino ciuitatis z). In Priuilegium quibus Nidemensis dioecesis Paderbornensis anno 1280, datum pro iure episcopi haec habet: "Si nullus verus heres infra dictum tempus venerit bona hominis (aduenae) nostra erunt" a). Ese fecit insignis indulgentia, qua tum Imperatores tum domini territoriales in ciuitates ecclesias, et pias causas erant, ut has quoque eius iuris participes facerent. Hinc ei aeuo partitio bonorum aduenarum post annum vacantium solemnis esse coepit, legibus et chartis priuilegorum statuta. Trium partium disiunctarum b)

1) apud LEIBNITZ Script. rer. Brunsu. T. III. pref. — Si quis Gittensum in quacunque ciuitate nostra mortuus fuerit bona sua heres vel cognatus eius, si forte praesens est, recipiat — Sin autem bona illa in eadem possessione qua obterit annum et diem referuntur. Si vero nullus infra tempus devonimatum bona ista requisierit, iudex ciuitatis ea recipiat.

2) von STEINEN in der Westphälischen

mentio-  
Schles. Geschichte St. XXVII. p. 640.  
a) In SCHATENII Ann. Paderborni.  
T. II. p. 140,

b) Ex hac tertia parte, quae ciuitatis cestit, posteriori tempore normannum terram detrahit in ciuitatibus Saxonie inferioris desuntam esse, probabile nobis videtur. Aliam conjecturam adserit Perilli de PUFENDORF in Obs. T. IV. obs. 256. ex ratione quantitatis solennis laudemii.



mentionem faciunt Statutum *Friburgense* in Brisgovia ao. 1120. e); *Leges Brunsvicensis* antiquae ao. 1232. d), et iura a Wenceslao I. Bohemiae rege ciuitati *Brunnenſi* in Moravia ao. 1243. concessa e). Alibi duae partes addictae sunt domino, et vna data est pro re-medio animae, ut in priuilegio Leopoldi VI. ducis Austriae ciuitati *Viennensi* ao. 1198 dato f). Alibi exclusis piis cauissis duae partes cesserunt domino eiusque aduocato, vna ciuitati; quod habet ius statutarium ciuitatis *Holtesminne* ab Ottone, comite de Euerstein ao. 1245. confirmatum et auctum g). In nonnullis denique statutis ita indulgentes in ciuitates suas fuere principes, ut illis duas partes assignarent, ipsi vnam sumerent, ut in statutis Luppoldi pro ciuibus in *Damnone* ao. 1230. h); *Luneburgensis* a duce Ottone concessis ao. 1247. i) *Städensibus* Hildeboldi Archiep. Bremensis ao. 1259 k), denique *Vxensis* a Iohanne duce Brunsvicensi ao. 1270. datis l). De partitione in duas partes testatur Codex iuris *Lubecensis* ao. 1266. ciuitati Dantiscanae (et nonnullis molitus inquit) commu-

e) apud SCHOEPFLIN Hist. Zaring, Bad. T. V. n. XXV. vbi: una pars pro remedio anime sue, altera domino, tercia dabitur ad munitionem ciuitatis.

d) apud LEIBNITZ Script. Rer. Brunsu. T. III. p. 434. a. 39. — de driddle del des gudes schal to der kerken, in dem kerckspiele da he sterft, de driddle del armien luden, de driddle del dem voghede.

e) In de SENCKENBERG vision. diuersi. de coll. leg. Germ. app. II. n. 4. a. 31. vbi: tercia iudici tercia ciuitatis tercia pro remedio animae cedere

dicitur.

f) In LAZIL Vienna Austriae p. 74.  
g) apud SCHEIDT in Cod. dpl. 248 den Anmerk. über Mosers Braunschweig. Lüneb. Staatsrecht p. 592.

h) In app. des Gegenberichts in puncto iuris praesidii militaris ciuitatis Hildesiensis lit. B.

i) apud REITHMEYER in der Lüneburgischen Chronik p. 1833.

k) in app. T. II. obs. Perill. de FENDORF p. 157.

l) apud eundem T. I. obs. in app. n. 8.

❖ ❖ ❖

communicatus <sup>m)</sup> vbi ciuitati cedere dicitur *medietas et regiae potestati pars reliqua*. Praeter coimmunes rationes ob quas principes ciuitatibus fauebant, earum admissionis ad participationem exuiiarum aduenae addita est in plerisque statutis caufa munitionis et structurae <sup>n)</sup>, ut eius impensas faciliori ratione ferre possent. Exempla sunto ex statutis allegatis *Friburgense*, vbi *tertia ad munitionem ciuitatis*; *Luneburgense* et *Vlzenense*, vbi *duae partis* cedere dicuntur ad *structuram ciuitatis*.

## §. XIII.

*Sec. XII. et XIII.* ciuium peregrini heredes sub diversis conditionibus admitti coeperunt.

Non tantum hereditates aduenarum olim a principibus occupabantur, sed etiam res ciuium, qui sine prole decedebant <sup>o)</sup>.  
*Sec. XII. p)* autem et *XIII. q)* ei quoque iuri principes vel pre-

cibus

<sup>m)</sup> apud *Cel. I. c. H. DREYER in der Sammlung vermischter Abhandlungen* p. 450. In primis ex hoc exemplo patet, quomodo ius principum sensim cum ciuitatibus communicatum sit, si conferantur hoc loco quae supra n. <sup>u)</sup> diximus.

<sup>n)</sup> Hoc annotare non praeter rem fuit, cum, vt ex initiiis detractus paterbit, etiam nonnulla statuta hanc detractus causam allegent.

<sup>o)</sup> Huc refereundus est locus insignis statuti *Morcingensis* in Lotharingia, quem infra excitabimus, vbi

id ius abrogatum est §. XXI.

<sup>p)</sup> Quod probare videtur locus privilegii Leopoldi VI. *Viennensis* dati ao. 1198. cuius mentionem iam iniecumus: — *Statutum quod quicunque ciuius moriatur, si uxorem habet vel liberos, index se non intromittat de bonis vel de domo ipsorum, sed sint in potestate uxoris vel liberorum.* Apud Francogallos idem ius antea obtinuit, quod hoc tempore remissum esse constat ex litteris Ottonis ducis Aquitaniae et comitis Picťiae super priuilegiis hominibus de *Olerone* concessis



cibus ciuium vel motu proprio renunciare coepérunt. Admittebant tunc proximos cognatos intra ciuitatem, vel intra territorium habitantes <sup>r)</sup>. Extranei vero vel plane excludebantur <sup>s)</sup>, vel post omnes consanguineos in vrbe <sup>t)</sup>, vel sub conditione, ut se in locum, vbi hereditas esset, conferrent <sup>u)</sup>, vel denique sub

cessis, quae sunt eiusdem anni, apud LEIBNITZ Script. Rer. Brunf. T. III. praef. vbi: in possessionibus sine liberorum procreatione decadentium occupandis, quae apud Oleronem a principibus olim solebant fieri -- nullam

vim vel molestiam inferemus.

<sup>q)</sup> Habet hoc constitutio Henrici Hassiae Landgravi ao. 1291. promulgata, ut pertinet W. Gerstenberger in Chron. Franckenb. apud KUCHENBECKER in anal. Hass's coll. V. p. 182. Und wäre es Soche dass jemand fürerde sonder Leibeserben; dass alsdenn der Fürst sich nicht oder jemand von des Herrn wegen ziehen soll zu den verlassenen Gütern.

<sup>r)</sup> In eadem constitutione post verba antecedentia pergit Landgravius: sondern dieselben sollen den nächsten Erben und Nachkommen folgen, die in dem Fürstenthum Hessen wonhaftig sind,

<sup>s)</sup> Cuius exclusionis vestigia leguntur in statuto Luneburgensi. ao. 1247, supra allegato art. 4. Quicunque extra ciuitatem uxorem duxerit, ea sine liberis mortua maritus obtinet at eins suppellebit, quae Rade dicitur; item filiae habeant Herwede patris: quod postea Legibus antiquis

ciuit. Lunob. de heredit. repetitum est generatio, quae reperiuntur apud LEIBNITZ Script. Rer. Brunf. T. III. p. 754. Cum Stat. Lunob. concordant itat. Vtzenzia apud perill. de FENDORF T. I. obs. in adp. n. VIII. tum quoad rem, tum quoad verba. Iungi possunt iura curiae liberae Braekel ao. 1299. apud von STEINEN Westphäl. Gesch. VI. St. p. 1828, ex quibus pariter heredes, qui sunt extra curiam ab Herweda et Gerada excluduntur.

<sup>t)</sup> In priu. Ciuium Nithemensium ab Ottone Ep. Paderbornensi. ao. 1280. concessio apud SCHATEN. Ann. Paderb. T. II. p. 143. si aliquis in dicto oppido decesserit, liberi vel cognati secundum quod proximiores infra oppidum fuerint, defuncti recipient bona seu hereditatem, quae Herweda dicitur seu Rade. Si infra opidum consanguinei non fuerint habitantes, consanguinei extra opidum admittuntur suo iure.

<sup>u)</sup> Quod continetur stat. Vtzenzia saepius allegato: Si heres sit extraneus nihil cedat ei nisi se stabiliter transferat in ciuitates nostras vel super alia bona nostra in Austria, sed omnia bona nobis cedant.

aliis admittebantur, quas principes saluti territoriorum vel ciuitatum expedire iudicabant.

§. XIV.

*Ciuitates autonomia praeditae Sec. XII. et XIII. ius in peregrinos statuendi non habebant.*

Creuerant ciuitates Germaniae sec. potissimum XII. et XIII. commerciis, foederibus aliisque auxiliis <sup>x)</sup> opibus ac potentia et munificentia principum omnia obtinere cooperant, quae ad eas augendas pertinebant. Pertinet <sup>nec</sup> ipsius initia autonomiae Sec. XII. eis concessae, ex qua quae ipsorum commodis inferiebant, statuere poterant. Primum eiusmodi priuilegium Lubeca datum est a Frid. I. ao. 1188. <sup>y)</sup> Sec. autem XIII. per multa inueniuntur eiusmodi priuilegia tum caesarea <sup>z)</sup> tum territorialia <sup>a)</sup> quae indicasse sufficiat. Verum etiamsi nonnullae ciuitates autonomiam habebant, ea tamen ius in peregrinos sta-

tuendi

<sup>x)</sup> De quibus omnino videnda est elegantissima commentatio *Perill. d. G. STRUBEN in den Nebenstunden P. I. n. V. §. II. sqq.*

<sup>y)</sup> apud LVNIG. im R. A. T. XIII. p. 1331. vbi: dilectis Burgenibus nostris singulari quadam gratia concedimus, ut quicquid intra ciuitatem suilavris postea emendare voluerint sine tam  
men praecaudicio nostri iudicis emen-

dare non obmittant.

<sup>z)</sup> ao. 1276. *Ang. Vindel.* a Rudolfo I. apud LVNIG im R. A. T. XIII. p. 89. ao. 1290, *Norhus*, ab eodem,

in der *Historie von Nordhausen* p. 210. ao. 1293. *Colmar.* et *Mulhus.* in Alsatia apud SCHOEPELIN *Als. illastr. T. II.* p. 369. et 423. etc.

<sup>a)</sup> 1222. *Sauerin a Burewino II.* 1235. *Matchow* a Nicolao de Rostock 1236. *Roebel* ab eodem apud de WESTPHALEN c. I. T. I. p. 2007. 1266. *Wismar* ab Henrico Hierosolymitano domino Megapoleos apud de SENCKENBERG in *Sel. Iur. et Hist. T. I.* p. 561. ao. 1292. *Hamburg.* a comit. Holst. apud LVNIG c. I. T. XIII. p. 932. etc.

◆ ◆ ◆ ◆ ◆

tueri non continebatur, quamdiu imperatori in ciuitatibus regalibus et dominis territorialibus iura aduocatiae salua erant, quae sibi saepissime in concessione autonomiae expresse reseruabant b). Autonomia illa et iurisdictio ciuitatum tantum ad ciues pertinebant; peregrini vero sub tutela erant ad uocatorum, qui in eos statuebant et iudicebant auctoritate eorum, quorum iura exercebant c). Ex quo intelligi potest, cur ipsi censem protectionis reciperent, et cur ciuitates exuicias adueniarum occupare non possent, antequam priuilegiis id ius illis indulgeretur, cuius exempla antea allegauimus. Sequiori autem aeuo vel priuilegiis, vel redemptis aduocatiae iuribus, vel ausu proprio ob impotentiam principum ius in peregrinos statuendi ciuitates afferere sibi cooperunt, quod mox videbimus.

b) Quo referenda sine dubio sunt verba priuilegii *Lubecensis* — sine praecordio nostri iudicis — et alia eiusmodi loca in priuilegiis autonomiae: vt in *Hamburgensi* c. I. vbi addunt in fine comites: — ne tamen ipsum ius et statuta — ad impugnationem exactiōnum et iuslitiarum quas

in ciuitate habemus se extendat.  
c) Quod eleganter more suo obseruat perill. de PPFENDORE de *Iurisd. germ.* P. II. S. II. c. 2. §. 171. et P. II. S. III. c. 1. §. 186. et ex monumentis mediī aeuī, quod satis est, probat.

SECT.

## SECT. II.

## HISTORIA DETRACTVS.

§. XV.

*Origines detractus, in quibus pro mitigatione iuris antiqui  
habendus esse videtur.*

Quae de fatis peregrini heredis praemissimus, originibus de-  
tractus, quas iam aggredimur, cognoscendis sufficient. Peregrinum heredem honorum *ius* Sec. XIII. sub diuersis con-  
ditionibus in ciuitatibus admissum, et ius admittendi apud princi-  
pes eorumque aduocatos fuisse vidimus. Inter has referimus  
quoque detractum, cuius initia hoc tempore deprehendimus in  
*Legibus antiquis Brunsvicensibus* a), quae ad annum 1232. plerum-  
que referuntur b), vbi tum ex hereditate c), tum rada et herwe-  
da d) foris concedenda aduocato id vindicatur, quod optimum  
excipiat e). Coniicimus videlicet ex verbis statuti "darne heft

de

a) apud LEIBNITZ *Script. ver.*  
*Brunsv.* T. III. p. 432.

b) Historiam Codicis harum legum  
videlicet apud eundem in *praef.* et apud  
*Cel. Riccius* l. c. p. 162.

c) P. I. a. 1. *Swt binnen der stadt*  
beſterft dat uſen borgheren anrit dar-  
ne heft de Voghet nicht an men ghe-  
vet buten de stadt fo is des Voghedes  
dat ſtyck neyſt dem beſten.

d) art. 36. *Swar beſterft redegud*

*edder herwede binnen der muren dar-*  
*ne heft der Voghet neyn recht:* man  
ghevēt buten de stadt fo is des Voghe-  
des dat ſtucke neyſt dem beſten.

e) Sunt, qui hunc locum de iure ad-  
uocati in hereditatem suburbicario-  
rum interpretantur, sed tum verba  
ipsa, tum statutum de ao. 1532, vbi  
pro parte optimae proxima *tertia* tri-  
buitur aduocato, nobis persuadent, de  
detractu statutum esse intelligendum.

Verba

D



*de Voghet neyn recht an*" aduocatum antea totam hereditatem occupasse, quod tunc, cum hae leges conderentur, ita mitigatum sit, vt partem tantum acciperet; cui conjecturae analogia superiorum suffragari videtur. Praeter hoc exemplum, in quo pro ratione illorum temporum aduocato non certa quantitas, sed pars rerum hereditiarum vindicatur, in statutis huius seculi nullum amplius deprehendimus. Sec. autem XIV. aliud nobis occurrit, quod eandem caussam habere videtur. In priuilegio, quod Adolphus comes de Marca ao. 1341. ciuitati Lunensi f) (Lünen) dedit, art. XII. g) renunciauit bonis ciuium tam mobiliibus quam immobiliibus per iudicem suum occupandis, et deinde art. XIII. h) senatui ius decimam geradae et herwedae peregrino delatae detrahendi concessit. Addita est caussa concessionis "tho bettheringe unses Wybboldes" quae apprime conuenit cum iis, quae supra i) de caussa indultae ciuitatibus post annum hereditatis

Verba statuti sequioris, quod publici iuris fecit, *Perill. de PUFENDORF T. IV. app. n. 5. p. 102.* haec sunt: *Wur besterwert hergewede bynnen der muren dar hebben de Vogeden neyn recht ane, so men dat gift buten de stadt darvan schal man geven de Vogeden den dridden Penningk.*

f) apud de STEINEN in der Westphälischen Gesch. XXIV. St. adp. p. 240.

g) *Wert Sake dat gevelle cynighen van dem Raide off Borgeren des Wybboldes tho sterben, unsre Richter dar-sulves en sal neyn recht hebn van un-*

*ser weghen in bewechlichem off unbe-weglichem Gude des doden.*

h) Posteaquam de successione filii in herweda patris et filiae in gerada matris, et his deficentibus proximi agnati vel cognati dictum est; additur: *worde dat verstorven guet also von buten Luden uyt gewonnen und gebort, dairouon sult hebn dey Rait-hude des — Wybboldes den teynden deel tho bettheringe unses Wybboldes — Sub gerada et herweda tota here-ditas in statuto intelligenda esse vide-tur; certe locus, qui ad peregrinum pertinet, omnia bona comprehendit.*

i) §. XII. in fine.

tatis aduenarum attulimus. Iam quasi gradatim non aduocato, sed ciuitati ipsi ex beneficio principis ius detraetius competere coepit, quod mox ab illis ipsis ex alia cauifa introductam videhimus.

(e) indebet emitorer institutio. A magis  
§. XVI.

*Abrogatio redemtionis hereditariae, et vestigia exclusionis  
peregrini heredis.*

Intra tempora detraetius primi generis in Septentrione obfauorem commerciorum principes remittere redemtionem hereditariam instituerunt. In charta de ao. 1286. <sup>k)</sup> Waldemarus dux Iutiae Slesuicenses ab ea liberavit, et burgensibus in *Gripesvold* id indulserunt reges Christophorus ao. 1320. et Waldemarus III. ao. 1336. <sup>l)</sup>. Alibi vero peregrinus heres, vt ante, plane exclusus est. Eam exclusionem continent priuilegia nonnulla ciuitatibus Guestphalis concessa. Ao. 1309. ciuibus in *Lon* (Iserlohn) Engelbertus comes de Marca indulxit, vt omnes, qui non effent opidani a petitione Geradae et Herwedae arcerentur <sup>m)</sup> et ao. 1330. Adolphus comes de Marca ciuibus *Neostadiensisibus* conces-

fit,

<sup>k)</sup> apud NOODT in *Beyträgen zur Erläuterung der Historie der Herzogthümer Sleswig und Holstein T. I. P. III.* p. 108.

<sup>l)</sup> Locum qui id probat excitat *Cel. t. c. n. DREYER* in *land. comm. deinceps litteris* p. 130. 131 qui alia plura priuilegia habet eam in rem ciuitati-

bus Hanseaticis indulta.

<sup>m)</sup> apud von STEINEN in der *Westphälischen Gesch. III. St. p. 1031.* ubi: *Concedimus ipsis de gratia speciali, ut nullus extraneus qui non sit opidanus in dicto opido de morte opidanorum ibidem Herwadia seu Gherade possit petere seu recipere quoquo modo.*



sit, ne Gerada et Herweda ad extraneos deuolui possent <sup>n)</sup>). Praesertim in curiis liberis Guestphalis extranei bonorum curialium heredes esse non poterant, nec eis pecunia legari, ut testatur privilegium Alberti I. Imper. curiae Westhoven ao. 1322. concessum <sup>o)</sup>; et si quis sine liberis decedebat, Imperatori hereditas cedebat <sup>p)</sup>.

### §. XVII.

*Detractus ex autonomia in ciuitatibus nonnullis Hanseaticis inde a med. Sec. XIV. usque ad privilegia caesarea detracitus ciuitatibus imperialibus concepsi.*

Circa medium Sec. XIV. deprehenduntur initia detracitus ex autonomia constituti in ciuitatibus nonnullis Hanseaticis, quas si superiora huc transferamus, vel iuribus aduocatiae potitas, vel consensu principum eorumque aduocatorum id ius exercere coepisse probabile est. Lubecenses ao. 1348. Codici iuris sua ciuitatis statutum adscriperunt, vt ii, ad quos ciuium hereditates transferrentur, decimam ciuitati relinquenter, defunctus Lubecae diem obiisset supremum, an extra yrbum <sup>q)</sup>? *Leges antiquae Goslarientes*

<sup>n)</sup> apud eundem l. c. X. St. p. 318. vbi tamen charta ipsa non exhibetur,

<sup>o)</sup> apud eundem l. c. VI. St. p. 1562. *Ock en fall de hoffhorige Man offte Wyff die hoffhorige Guedder nicht verachten und haare darop gewuenne Penninge alhu geen andere Erven buten den Hoff mogen leggen so nicht hoffhorig sind op die verberternusse — van denselben gueddern,*

<sup>b)</sup> ibidem. p. 1567. *Wan de Erve op dem Gude versterft undt sein Erff bloet achter leeft so valt dat guet weder an den Kayser.*

<sup>q)</sup> Eius statuti mentionem initit Cel. l. c. II. DREYER in der Einl. zur Kenntniß der Lüb. Verordn. p. 44. n. V. verba ipsa vero publici iuris non fecit, Iam ao. 1273. ciuitas ex priu. Rudolfi I. obtinuit, vt in constituendo aduocato

*lariensis*) quae vel circa finem Sec XIV. vel initio Sec. XV. conditae esse dicuntur <sup>s)</sup>, a peregrino herede vel tertiam partem hereditatis, quae vībus publicis inferuiat, exigunt, vel ut Goslariae habitatum concedat, praecipiunt <sup>t)</sup>. *Statuta Verdensia* <sup>u)</sup> quae demum post annum 1433 condita esse videntur <sup>x)</sup>, nulla causa expressa, tertiam partem hereditatis vel herwedae peregrino delatae <sup>y)</sup> relinquendam ciuitati intungunt. Et additio quaedam statuti Gottingensis de ao. 1462. <sup>z)</sup> eos, qui ciuitatis onera non ferant, et ex testamento mobilia ciuis accipient, praestationi tertii nummi subiicit <sup>a)</sup>. Caussam *actuas iuris* a ciuitatibus autonomia introducti si quaeramus; eam aut ius ciuitatis aut rationem

ad locum arbitrii eius esset ac confessus: ut videre licet apud eundem <sup>b)</sup> c. p. 44. n. V.

apud LEIBNITZ Script. rer. Bruns. T. III. p. 484.

<sup>c)</sup> Ut idem in praef. p. 17. et n. M. HEINRICIVS in Antiq. Gosl. L. IV. p. 362. perhibent.

<sup>d)</sup> art. 46. Sterfft en wafe borgert oder borgerschedes erve upp enen gaist veld de gaft schall taten den dridder pennig des erves dem Radetho hulpe to der stadt nod, tornen, muren unde graven — volde over de gaft tho goler wonen so stadt me one to dem erve also enen anderen unseme mede-erwe, funder he moste dat dem Radbogern, funder he moste dat dem Radschueren eder vorwissen dar tho blivende.

<sup>e)</sup> apud perill. de PUFENDORF in ob. iur. uniu. T. I. adp. p. 77.

<sup>f)</sup> Ut valde probabilibus argumen-

tis euicit Cel. OELRICHIS in dem Vorbericht zur vollständigen Sammlung Bremerischer Gesetze p. 31. n. 9.

<sup>g)</sup> Stat. 30. kamen Erven von buten tho. Were id Sake ein Borger oder Borgersche vorselle van Dodeswegen binuen unfer Stadt — sunder Erven unde de negeste Erve van buten tho keme sothane gatt tho vermanende dar he Recht tho wurde so schall de dritte Pennig des Gudes bliuen by der stadt, gelik alse de dritte Pennig van dem Hergeweide.

<sup>h)</sup> apud perill. de PUFENDORF I. e. T. III. adp. p. 191.

<sup>i)</sup> Welk man — eder fruwe syne vurende habbe eder redeschup in synem testameto eder zelegerede vorgeue dem eder den de der Stad neine plicht endede it weren vltide eder nicht von der gift egent de Rad und Stad den dritten Pennig gelik alse eff de dar mede beveret



onere, quibus ciues vel conseruandae vel defendendae ciuitatis ergo subiecti erant, suisse, ex statutis ipsis adparet. Extranei sub legibus ciuitatis, ex quibus certis personis hereditas deferebatur, comprehensi non esse videbantur, nisi incommodis subiici vellet, quibus ciues obnoxii erant. Hinc in Legibus Goslarientibus extraneos optio relinquitur, velitne vel certam partem ciuitati relinquere, ex qua necessitati publicae subueniri posset, vel domicilio in ciuitate fixo perpetuo contribuere; et statutum Gottingense expresse eos, quos detractui subiicit, describit "de der stad neine plicht en dede". Continet illud alia quaedam praecipua, quae annotare non praeter rem erit. Primum ex illo adparet, initio tantum heredes ab intestato extraneos detractui subiectos suisse, inualescente autem testandi licentia, qua bona peregrinis relinquebantur, ad eiusmodi heredes testamentarios illum extensum esse; quod colligimus ex verbis "gelike alse eff de dar mede beervet were". Forsan iam antea eam ob caussam detractum ciuitas exegit, si quis extraneus intestato cui successerat, in quo tamen probando monumenta nos desciunt. Deinde prima exemptionis a detractu initia continet, cum ecclesiis et piis caussas in ciuitate excipiat "vthgenomen wat de kerken clofieren eder godesdienste gegeuen worde hir in unser stad".

### §. XVIII.

beervet were vthgenomen wat de worde hir in unser stad.  
kerken clofieren eder godesdienste geven

*Vestigia iuris antiqui et exclusionis extranei hereditis intra tempus S. antec. definitum.*  
 Subiungimus exemplis, detractus ciuitatum autonomia introducti nonnulla, quae alibi peregrinum heredem exclusum esse intra tempus, cuius paragrapto antecedenti mentionem inieci-  
 mus, euincunt. Ciubus Pragensibus ad S. Iohannem Anna Bohemiae regina ao. 1364. indulxit b) vt bona intestatorum cum liberi venirent ad proximos adfines in ista fundatione et ea dioecesi habitantes, et "si liberi morerentur tunc ista bona manebunt penes cognatum habitantem tamen in ea dioecesi". Ex priuilegio ciuitati minori Pragensi ao. 1372. concesso c) ciues ciubus tantum bona testamento relinquere d) et ab intestato deficentibus liberi ii succedere iubentur, qui ciuitatis onera ferant e). Oppidanis in Lon Engelbertum comitem de Marca concessisse supra vidimus, ne Gerada vel Herweda ab extraneis peti possent; idem ao. 1366. f), posteaquam, vt hereditas, Gerada, et Herweda ad eosdem heredes transmitterentur, constituerat, bona eiusmo-

b) apud de SENCKENBERG in sel. Iur. et Hist. T. II. p. 663.

c) apud de WEINGARTEN fasc. diu. iur. L. I. P. III. p. 156.

d) Quod in priuilegio Caroli IV. generatim expressum erat bona pro arbitrio ad conseruandam ciuitatem dari secularibus posse, id apud eundem n. IX. authenticę interpretatus est Wenceslaus de iis, qui onera ferrent.

e) ab intestato sollen wo keine Kinder vorhanden den nächsten Befreunden welche zugleich mit der stadt alle burgerliche onera und Losungen beytragen die Erbschaften heimfallen.

f) apud von STEINEN c. I. III. St. p. 1017. Is zu dem gude dat dar irforben — is neyn recht volger so is dat Erve Herweda und Gerayde zusammen unser und unser Erven vorgesehen.



di, in quae succedendi nemini ius esset, ad se pertinere pronunciavit. Episcopus Osnabrugensis accepto a consulatu theloneo iuri exuuias incolarum illegitimorum, et legitimorum, quorum heredes alienae essent dominationis et adueniarum occupandi ao. 1424. renunciauit g). Denique in statutis *Saydensibus*, quae ao. 1442. ciuitati indulta sunt, Gerada et Hergewetta foris ciuitatem non concedi dicuntur h).

### S. XIX.

*Detractus ciuitatum imperialium priuilegiis caesareis post medium*

*Sec. XV. concessus usque ad initia detracitus*

*territorialis.*

Penitus aliam naturam induit detracitus, quum praeter heredes extraneos, qui quocunque titulo bona ciuitatum adquirebant, ei subiici coepissent, quod post medium Sec. XV. in priuilegiis, quibus imperatores ciuitatibus nonnullis Germaniae interioris ius detrahendi concesserunt, contigisse deprehendimus. Dominatur in illis caussa steurarum, quae exportatione quacunque bonorum imminui credebantur. Ideo plerumque ius censum emigrationis et detractum exigendi coniunctim indulgebatur,

g) Quod testantur *Chron. Osn.* ad II. a. apud METBOM Script. Rer. Germ. T. II. p. 248. Convenit fuit quod huiusmodi Herwadia et exuuialia per Episcopos Osnabrugenses et suos officios exigi non deberent et in recompensum assignauit Conf. Osnabr. Epis-

scopo teloniu[m] perpetuo more suo percipendum.

h) apud KREVIG in der diplomatischen Nachlese T. II. p. 148. Keine Gerade noch Heergeräthe sollen sie aus unserer Stadt nicht geben.

cum nihil interesset videretur, subtraheretne steuris bona ciuis emigrans, an extraneus ea acquirens? Diu ante extraneis ob rationem exactionum, quae bonis immobilibus inhaerebant, eorum, possesso denegata erat, quod priuilegiis primum obtinuerant ciuitates *i)*, et statutis deinde repetierunt *k)*, cum ea condendi ius essent consequatae. Admissi extranei vel onera ciuitatis ferre, vel ea vendere ciuibus cogebantur *l)*. Immutabatur Sec. potissimum XIV. in plerisque ciuitatibus exactionum ratio, ita vt quae antea de omnibus bonis praestabantur *m)*, nunc vel solis immobi-

libus  
*guten befcheydet in fremde hende als vil als der befcheydet habt als vil sol her geben an die stadt.* Statutum hoc intra annum 1337. et 1348. conditum esse idem valde probabilibus argumentis *ibidem* euicit.

*l)* Quod continetur in confirmatione priuilegii *Auguftani* de extraneis a possessione immobilium arcendis ao. 1306. ab Alberto I. facta, quam modo allegauimus: *Bona ad extraneos devoluta exponi debent venditioni ciuium Auguftiuni intra annum, quod nisi extraneus fecerit ciuitas illa bona altrahendi ius habet: et aliis eius aeu monumentis, quae nunc praetermitimus.*

*m)* Vt testatur *stat. antiqu. Mulhus.* ex Sec. XIII. apud de *GRASHOF* l. c. p. 117. vbi: *von allem daz der Mensche hat ssi her Schoz gebe ans Wappen und cleyder. hette her abir mer wappen und cleyder dan her dorftte czu sinem libe die folde her ouck verschozze,*



libus imponerentur, vel quae eis inhaerebant, augerentur *n*), quum illae vel ob impensas munitionis, vel ob damna bellis priuatis, quibus perpetuo implicabantur, illata, aliasque ob caussas magnum aes alienum conflassent *o*). Ad hoc exsolendum definita nummorum quantitas imperabatur, eaque pro ratione bonorum in ciues diuidebatur. Itaque si translatione pars quaedam contribuere desierat, reliquis id maximo oneri siebat, qui tunc quoque partem deficientem soluere cogeabantur. Hinc eo tempore initia census emigrationis deprehenduntur, qui in solutione partis aeris alieni consistebat, et detractus, cui peregrinus subiiciebatur, bona eiusmodi steuris ciuitatis obnoxia ipsi adquisita venditurus, quod antea libere fieri poterat. Accidebat interdum, ut pristinus possessor in soluenda parte sua morum negiceret; ideoque supereffent adhuc, quae ex tempore antecedenti praestari debebant: hinc duplex caufsa esse videbatur, ob quam, ne datum incurreret, bona eiusmodi a ciuitate detinenda erant, altera, ne definitam quantitatem bonis inherenterem, altera, ne debita antiqua amitteret. Ex his intelligi poterit, cur ab hoc inde

*n*) Quod intelligitur ex loco Chron. MST. eiusdem ciuitatis apud eundem l. c. p. 118. ao. 1306. al. 1316. haben die von Mulhausen mit den Ritefeln eine Schlacht auf dem Lerchenfeld gethan und viel Volks verloren daraus großer Schaden und Beschwerniß der Stadt erfolget das man auch den Geschosß auf die gütter hat sezen müssen der zuvor nicht gewefen.

*o*) Quod patet ex Stat. ciu. Dat-

tenriet in comitatu Afsgaugenſi de ao. 1358. apud WENCKER de Psalb. p. 179. ex Priu. August. ao. 1376. apud LVNIG R. A. T. XIII. p. 98. et ex duobus SC. Mulhusanis de ao. 1387. et 1397. apud deGRASHOF l. c. S. III. c. V. §. 15. De quibus si haec opella nostra aequis rerum auctiſtatoribus non displicuerit, alibi age re confiitimus.

de tempore detractus *Nachsteuer* et *Abzug* audire coepit, cur non certa quantitas saepissime definita esset, sed arbitrio Senatus relinquetur, quantum extraneus dare deberet. Quantumuis iustae autem hae caussae detractus essent, nondum tamen statuere id poterant ciuitates ipsae, sed priuilegiis ius detrahendi obtainendum erat. Tentauerant quidem nonnullae id facere, sed impeditae imperatorem adibant. Singula nunc ex priuilegiis ipsis probabimus. Ciuitati *Norimbergensi* ao. 1464. Fridericus III. concessit p), vt de bonis vel a ciuibus vel ab extraneis translatis steuras nondum solutas et detractum pro arbitrio Senatus exigere posset q), et *Dunckelsbuhlae* idem ao. 1476. indulxit r), vt bona ad extraneos titulo hereditatis deuoluta detinendi ius haberet, donec steurae residue cum detractu solutae essent s). De detractu ex pretio venditionis immobilium exacti eiusdem ciuitatis priuilegium locum insignem habet t) et aliud *Rotenburgenfibus ad Tubarim* ao. 1521. a Carolo V. concessum eiusdem quoque vestigia habet u). Generatim in compensationem steurarum

## expor-

p) apud LVNIG l. c. T. XIV. p. 132.

q) die unbezahlte Losungen — mit sum der Nachsteuer die der Rath darauf gesetzet oder künftig darauf sezen wird.

r) apud eundem T. XIII. p. 477.

s) Ob einich Erben bey jn gesetzet dass sy dann solch Erbe und gut in einich Hant und Gewalt zu übergeben und folgen zu lassen nicht schuldig seyn sollen sy werden den zuvor irer Steuer,

*Nachsteuer, und Geldschuld so nach Stadtordnung darauf stund oder man jn schuldig were bezalt und begnugig gemacht.*

t) auch in seinem verkaufen und verändern Nachsteuer zu geben schuldig seyn.

u) apud LVNIG c. I. T. XIV. p. 349. Venditio bonorum postea remissa statuto est, et solus detractus exactus ex obseruantia ciuitatis,



exportatione imminutarum detractus a Maximiliano I. ao. 1508; ciuitati *Campodunensi* *x*) et a Carolo V. ao. 1521. *Lindauensi* *y*) concessus est; quo referimus quoque priuilegium *Ueberlingenibus* ab eodem ao. 1526. indultum *z*). De nonnullis eiusmodi priuilegiis caussae concessionis nos latent; quas tamen easdem cum superioribus fuisse valde probabile est *a*). Nonnulla tantum ad heredes extraneos pertinent, vt illud, quod ciuitati *Isneni* dedit ao. 1521. *Carolus V.*, *b*). Per multa vero adhuc in chartulariis ciuita-

*x*) apud *LVNIG* c. l. *Part. spec. cont.*  
4. *P. I.* in add. tit. *Kempten* §. 21. p. 1520. *Dass Burgermeister und Rate von solchen Hab und gutern liegenden und fahrenden (quae quocunque titulo ad extraneos veniunt) durchaus allezeit den zehenden Pfenning für ihre Nachsteuer zu Ergötzlichkeit des Abzugs und Nachtheils so ihnen dadurch an ihrer jährlichen Steuer beschikt, nehmen sollen.*

*y*) apud eundem l. c. *cont. IV. P. I.* 29. *Abs. tit. Lindau* §. 23. *Quod priuilegium fere eadem verba habet, et ad aliud eidem ciuitati a Maximiliano I. concessum provocat: at collectione Lunigiana illud haud continetur.*

*z*) apud eundem l. c. *P. II.* 45. *Abs. t. Ueberlingen* §. 8. p. 547. *Habet illud hoc praeципuum, quod extraneo optio permittatur, velitne intra quindecim annos cum ciuibus onera ferre, an vero pro arbitrio Senatus detractui obnoxius esse. Würde denselben (Extraneis bona vel hereditatis vel*

*emtionis vel alio titulo valido Ueberlingae adquirientibus) die vorbestimte 15. Jahr solch Burgerrecht anzunehmen nicht gemeint seyn, so sollen alsdenn — dieselben — von solcher ererbten oder an sich gebrachten güttern — nichts ausgenommen — durchaus der nachbestimmbeten Summen einer nemlich den 3. 6. 8. 10. Pfennig allwegen nach Willen und Wohlgefallen des — Burgermeister und kleinen Rath zu gemeiner Statt Ueberlingen Nux ihren — Rechenmeistern ohne alle Widderrede für den Abzug zu geben — schuldig seyn.*

*a*) *Vt de priuilegio quod Fridericus III. ciuitati Alsatiae, cui Ehns interfluenis nomen imposuit, Oberena dictae ao. 1466. concessit; quod tantum allegatur a SCHOEPPFLINO in Alf. ill. T. II. p. 404. Editio documenti ipsius exspectanda demum est in Codice diplomatico Alsatiae illustratae, qui tantopere desideratur.*

*b*) *Cuius mentionem iniicit *LVNIG* c. l. T. XIII. p. 1249.*

ciuitatum recondita esse, quae nondum in lucem producta sint, non immerito coniicimus, quum edita saepissime ad anteriora prouocent c). Ex iis autem ciuitatibus, quae ius detractus statuto introducere conatae sunt, et quum eis contradiceretur, imperatorem adierunt, priuilegia eius iuris impetraturae, fuerunt *Compodinensis* d) et *Rotenburgenis* e), quarum mentionem iam iniecimus. Caeterum in priuilegiis his caesareis deprehenduntur adhuc aliae causae, ob quas imperatores petitionibus ciuitatum annuebant: vt in priuilegio *Norimbergensi* Fridericus III. auxili rationem habet, quod ciuitas in dissidiis Bohemicis imperatori praefsterit, et alia eiusmodi: et in priuilegio *Ueberlingen* Carolus V. ideo precibus ciuitatis se annuere ait, quod illa in seditione rusticorum compescenda conatus Ferdinandi fratri, qui vice sua tum temporis fungebatur, p[ro]p[ter]e aliis adiuerit. Ex quibus in concessionibus eiusmodi detractus imperatores haud leue pretium statuisse, easque pro insigni beneficio reputasse, quo ciuitates mactarent, constabit.

## §. XX.

c) Ut *Lindauense* ad priuilegium Maximiliani I. et *Rauenburgense* de anno 1530 ad concessionem detractus ab eodem impetrata.

d) vbi: es soll ihnen — in solchem ihrem notturstigen fürnemen Eintrag begegnen.

e) Quae in primis quietum iuris

detractus exercitium confirmatione Caroli V. impetravit, cum ob praecipuum de boris immobilibus vendendis grauiissimae contentiones et querelae ortae essent. Verba priuilegii ipsius satis verbosa l. c. videri possunt,



*Diff. sibyllor. modi n. multo. XX.*

*Diversa ratio detractus aliarum ciuitatum intra idem tempus.*

Neque tamen omnibus ciuitatibus intra tempus, de quo nobis sermo est, eadem causa detractus fuit, nec eius eadem ratio. Ex statuto Geraico antiquo a) ao. 1487. a comite confirmato b), non tantum peregrinus heres, sed omnes extranei bonis ciuium potituri, ad acquirendum ius ciuitatis, et translati postea bonis ad soluendum censum Abschied dictum obligantur c). Ad ius ciuitatis facultatem hereditates ciuium et incolarum liberare adstringit statutum Hamburgense ao. 1497. conditum d) et ab admisso peregrino herede decimam exigit e). Vinculo subiectionis et iurisdictionis ius heredis metitur statutum

*Sup. xii. item ibi aliis est q. iudicavit aliquot m. Fribur-*

*a) apud C. L. C. T. WALCH vernisch-  
te Beytr. zu dem deutsch. Recht, P. II.  
n. 17. p. 90.*

b) Non tantum ex hac confirmatione, sed etiam art. 95. statuti ius detractus ex consensu comitis ciuitatem exercuisse constat: *Es hat — der Rath von der Stadt wegen andere Nothdurft und Ordnung — zu ordnen doch nicht fernern denn unter Bürgern und in der Stadt aber dennoch mit Rath und Vorwissen der Herrschaft. Addi potest hic locus iis, quae §. XIV. de finibus autonomiae diximus.*

c) art. 64. *Wenn ein Burger oder Burgerinn verstorbet, können dann aus andern städten oder Gerichten die sich zum Gute ziehen Erbtheil nemen und das Gut hinwegwenden oder verkaufen wollen, oder in welcher maafs*

*sich jemandes der nicht burger ist Stadtguths unterziehen oder das andentigen will, die müssen vor Bürgerrecht gewinnen und gleich andern darum pflegen nemlich zwanzig Groschen und Abschied von dem Guth als je von funfzehn Schocken eines dem Rath von der Stadt wegen reichen.*

d) In Thes. Iur. prou. et stat. T. I. p. 683. iam sui iuris ciuitas tum erat, cum inde ab ao. 1292. autonomia vteretur, ut ex superioribus patet, et adiuvaciae iura ei cessarent.

e) L. I. art. 28. *So welker Hand erve gudt verstorbet heyr in düsser Stadt van Borgeren effe van Lüden de hyr wanhaftig sin op Lüde de hyr neene Burger lyv de schollen düsser Stadt den teynden Penningk geben alle des gudes dat also verstorben is.*



*Friburgense* in Brisgovia a. 1520. a Senatu conditum f), ideoque peregrino, cui hereditas ciuis defertur, quintam detrahit g). Iuri antiquo proxime accedit *Skraa noua Susatensis ex Sec. XVI. h)* vbi peregrino hereditatem ciuiis exportaturo, si scilicet ei concedatur i), vt decimam ad usus publicos ciuitatis relinquat, iniungitur k). Nulla in his omnibus onerum mentio sit, ob quae extra-neus bona ciuitatis acquires detractui subiiciatur. Interim supponi potest ea caufsa, cum omnibus ciuitatibus certa onerum prae-statio tum communis esset, et nonnulla ex his statutis extraneo heredi optionem permittant, velitne in loco hereditatis vel habitare perpetuo, vt in *Susatensi l)*, vel ad certum tempus, vt in *Friburgensi m)*, an detractui obnoxius esse: quam conditionem onerum

potissimum

f) Quando ciuitas autonomiam auct. iura aduocatiae adquirit, nos latet, quae tamen Sec. XII. apud duces Zähringenses conditores urbis fuisse certum est ex statutis antiquis, quae supra excitanimus.

g) *Trafft. III. tit. X. n. 4.* es sol-lent alle die so fremd oder mit in unserm gezwang und obrigkeit find, so in unsrer stadt Fryburg und deren gebieten und obrigkeiten gut erben zu Ab-zug allweg von hundert guldin and deren werdt funff gulden zu geben schuldig seyn.

h) apud EMMINGHAUS mem. *Susat-* in doc. part III. n. V. apud de WESTPHALEN l. c. locus de detractu quo continetur.

i) Non tantum olim heredes extra-nei plane excludebantur, cum aduocati adhuc eorum hereditates occupa-

rent, de quo locum supra ex statutis latissim attulimus; sed etiam ex *Skraa antiqua*, a. 132, heres extraneus arcebatur: apud de WESTPHALEN c. I.: et ex pacto a. 1507, cum fax vicinis ciuitatibus Gueſphalis inito mutua deneratio hereditatum tollebatur: quod exstat apud de STEINEN *Westph. Gesch. III. St. p. 1055.* in *Beyl. n. XVII.* vt adeo Susati detractus pro mitigatione iuris antiqui non immergito haberi possit.

k) art. IX. *Wey Erve also daireme tho gefladet wird mit unsre flad wil bringen moit he den teinden Penning von lateten tho unsre gemeinen Nuzen.*

l) Additur in fine: *bliuet hei binnen unsre Stadt en behovet he des nicht tho doen.*



potissimum causa adpositam esse putamus. Nos certa iuris vestigia persequi studuimus. Habent quoque nonnulla statuta exemptionum exempla, quae commemorare non praeter rem erit. Ex statuto *Friburgensi* nobiles, et qui in ciuitate domicilium habent *n*o), et ex statuto quodam recentiori *Lubencensi* de ao. 1517. legata ad pias causas extraneas delata eximuntur *o*).

### §. XXI.

*Vestigia exclusionis peregrini heredis ex retorsione  
vel sine ea.*

Aucta in peregrinos heredes benevolentia effecit, vt in nonnullis locis tantum iure retorsionis excluderentur. Quod ius retorquendi a ciuitatibus vel priuilegiis vel confirmatione statutorum obtinebatur. Ciuitati Hamm Ioannes dux Cliviae et comes de Marca ao. 1495. ius, iis, a quibus eius ciuibus Gerada et Herweda et hereditas non darentur, eadem ratione denegandi concessit *a*). Ex statuto *Misnico* quod ao. 1525. confirmatum est,

Gerada

*m) Ein jeder ingesetzter erb, der den abzug — verbunden ist, hat die wal, das er sich zu dem gut setzen, in eine zunft oder mit dem satz nachdem sin stand unser will und gelegenheit ist, vertragen mag und so er das thut so soll er dieinen abzug zu geben verbunden sin, doch das er zehn jar an einander sin gewonliche gemeine haushaltung by uns thuge. Si ante decennium exactum discedit, detraetui subiicitur, si interea moritur, pe-*

regrini eius heredes semel ei obnoxii sunt.

*n) c. l. n. 5. usgenommen Edellit und die so by uns im Satz sizend, die sollent von diesem abzug gefryet sin: quod postea accurate tum quoad personas in linea ascendentum tum descendenti definitur.*

*o) apud Cel. I. c. H. DREYER I. c. p. 142,*

*a) apud von STEINEN c. I. P. VI. p. 17799. dat wy — geven — unsen — Stadt*



Gerada et Herweda iure retorsionis denegantur b). Nulla retorsionis habita ratione ex ordinatione eiusdem ciuitatis c) bonorum, quae subsunt iurisdictioni senatus, exportatio sine eius consensu non concedi dicitur. Denique aucti in peregrinos fauoris absolutissimum testimonium perhibet locus insignis statuti *Morchingensis* d) in Lotharingia, ex quo comites ac dominos eius vici

ao.

— *Stadt Hamm sothane* Herligkeit als in Wath, Plaitz, Steden, Wikbilden oder Dorpen, dae imandt nach toidter Handt von denselben unsen Burgern wefs anflorve — darinn das also unsen — Burgeren von Hamme nichtz wollen gestaden tho boiren und oick folgew tho laiten funder. Uunderscheidt dass sie nun vortmehr — in geliker manthe, darentgegen nicht wiederumb ein sollen geben oder folgen laiten, dann dat beholden tho behouff und Betterunghe unser Stadt alldair.

b) Willkuhr der Stadt Meissen apud KREYSIG et SCHOETTGEN dipl. Nachl. T. I. p. 306. et p. 309. das Heergeräthe nehmen die Söhne, so die nicht da sind der nächste Schwerdeman gen aus Städten und von Enden da man wiederum Heergeräthe lieker folgen läst; Idem de Gerada dicitur p. 312.

c) Ibidem: Meissnische Stadtordnung n. 14. Erbe und Güter — so in der Burger Stadt oder Gerichtszwang gelegen sind — sollen außer der Stadt an fremde nicht gebracht werden es geschehe denn durch Nachlassung gemeldeten Raths.

d) Cuius compendium exhibit de

SENCKENBERG in Corp. Iur. Germ. T. I. P. II. coll. V. idque ad annum 1345. refert; nos vero locum, qui huc pertinet, tempore, cuius statutum ipsum mentio iniicit, proferre maluimus. Verba eius haec sunt: nachdem etwan der brauch zu Morchingen gewesen, so ein Burger oder Burgerin oder Inwohner — one Libeserben verscheiden das die nächsten Siperben außerhalb des Flecken gefessen den oder die abgestorben Burger, Burgerin oder Inwoner der Erbselle nit geerbt — funder das die Graven und Herrn zu Morchingen solch Erb und gut — geerbt und eingenommen haben; ist — ao. 1501. nach dem Brand zu Morchingen zugelassen — das solcher brauch abgesetzt sein soll: funder das die Burger In des Flecken Morchingen — die freyheit haben so dieselben — one Leibeserben verscheiden und absterben — von iren nächsten siperben inne und außerhalb des Flecken wo die gefessen sind nach gewonheit recht und herkommende des landes geerbet. dieselben Siperben — fullent zu allen und zu yeden Zeiten der Erbselle aller guter liegende und farende Gelt



ao. 1501., promissa a ciibus steura annua, iure hereditates ciuum improlium occupandi se abdicasse, et peregrinos heredes admissuros esse promisisse constat. Confirmat ille egregie ea, quae de admissione peregrinorum heredum ciuis sub diuersis conditionibus, et de occupatione eiusmodi hereditatum ceu parte redditum principum supra in medium attulimus. Illustrat quoque origines steurarum territorialium, quae ex Sec. XVI. potissimum repetendae sunt e).

### §. XXII.

*Initia detractus territorialis usque ad finem circiter*

*Sec. XVI.*

Post constitutum iudicium camerale publicatamque eius ordinationem domini quoque territoriales iudicia ordinare et saluti territoriorum legibus prouincialibus prospicere instituerunt. In his deprehenduntur vestigia detractus, quo illi per totum territorium vti suscepserunt, intenti sine dubio iuribus, quae exercere se posse sentiebant. Detractus huius territorialis quaenam caussae, quae vis, et quinam effectus fuerint nunc videbimus, non negletis iis, quae ad continuandam historiam superiorum pertinere videbuntur.

Primaria

*Gelt und geltswert — zu erben und mit den ererbten glütern nach irem bestem Nutz und Gefallen zu handeln zu gelassen werden, dagegen sollen die Burger jerlich — der Herschaft ein ziemlich steuer zu geben schuldig ein.*

e) Ut exemplis ostendit in elegantiſma commentary de collectarum et aerariorū prouincialium origine praeſertim in terris Brunsuico-Lunenburgis et Episcopatu Hildesienſi Perill. D. G. STRVBEN in Obs. Iur. et Hist. obs. III.

Primaria eius caussa fuit ius talionis, cuius iam ante aliquod vestigia deprehendimus, quae vero ab hoc inde tempore dominari coepisse dici potest. Continetur illa primum in constitutione Ioachimi I. Electoris Brandenburgici, qua de successione per Marchiam praecipit, ao. 1527. euulgata a), vbi generatim ius retorsionis contra extraneos statuitur b): porro in statuto Franckenhusano, quod ao. 1558. confirmarunt comites Schwarzburgici c), et in quo nominatum retractio introduci detractus caussa esse dicitur d), nec minus in ordinatione provinciali Würtembergica ao. 1567. promulgata e), et in constitutione Augusti Electoris Saxo-

niae

a) Quam notis illustravit cr. a. HOFFMANN in peculiari dissertatione Frft. 1733.

b) Tit. VII. §. 2. ib. p. 87. Locum, vbi speciatim de retractu disponitur, mox excitabimus.

c) apud Cel. c. F. WALCH in den vermischten Beyträgen zum deutschen Recht P. I. n. IV. vbi L. III. art. 58. comites aiunt: *Unfern Unterthanen ist aln viellm ortem bey städten unnd obrigkeit begegnet wan ihennem eine erbschaft daselbßen auferstorben dass sie den dritten theill alda haben lassen oder sich mit der obrigkeit darumb vertragen müssen.* Tunc conceditur ciuitati ius detrahendi decimam, cuius concessionis verba mox allegabimus.

d) primam eius editionem de ao. 1499. et editiones proxime subfrequentes videre nobis non licuit. Tit. 4. haec habet: *Wenn einem auswär-*

*tigen im Fürstenthium Erbe zufällt, so sollen die Amtleute darauf sehn, ob in demselben Ort, wo der Fremde gesessen, Abzug eingezogen wird oder nicht: im letztern Fall soll die Rentkammer auch nichts nemen, wenn die fremde Obrigkeit sich beständiglich deswegen vergleichen will, im erßtern Fall aber soll der zehende Pfennig abgezogen werden, wenn sich die fremde Obrigkeit nicht vergleicht.*

e) in Cod. Aug. T. I. p. 74. P. III. c. 38. *Obwohl das ius retortionis — simpliciter — nicht statt haben kan, so ist doch dasselbe nicht allein gut, sondern auch billig, wenn es zu Besserung des gemeinen Nutzes dahin gerichtet wird, dass in burgerlichen Sachen und Handlungen rechte Proportion gehalten werde. Und ist demnach nicht unbillig, dass man wider die Oerter von Heergewette und dergleichen garnicht oder*



niae ao. 1572. euulgata, qua de processu iudicario praecipitur: denique in rescripto, quo contra comitatum Saynensem ao. 1574. f) et in mandato generali ao. 1588., quo omnibus praefectis retortionem detractionis iniunxit *Elector Treuirenis* g). Neque tam omnibus constitutionibus prouincialibus huius aei retortionis cauſa communis est, sed continent nonnullae vel cauſas praecipuas vel plane nullam allegant. Ex bonis immobilibus ad extraneum titulo hereditatis delatis in statuto *Franckenhusano* antea allegato quartam partem accipit vel ciuitas vel in pagis praefectus h). Soli iuri territoriali innituntur, nec praecipuum cauſam

oder allein eines theils folgen läſt, solches ius retortionis — hinwieder auch gebrauche und der Ende solche flücke mehr und weiter denn sie gegeben nicht folgen läſſe. IC. Saxonicos interpretatione huius constitutionis effecſive putamus, vt ius retortionis pro generali detractus cauſa adſumerent permulti.

f) apud de HONTHEIM in *Hift. Treu. dipl. T. III. p. 40.* "Wir kommen in Erfahrung daß diejenigen, so sich aus der graffſchaft Sayn in unser amt Lympurg beſtatten den zehenden Pfennig von ihrem gütern zum abzug der graffen erlegen müssen". Quo factō praecipit praefecto, vt eodem modo decimam exigat ab iis, qui in comitatum Saynensem concedant. Tum hoc, tum sequens documentum loquuntur tantum de censu emigrationis; at ex pactis, quibus potesta hoc ius detractionis sublatum est,

patet simul detracatum introductum esse.

g) apud eundem l. c. p. 159. vbi, quae in priori documento reperiuntur, fusius explicantur: post quae Elector ait: "Ob wol nit one, dafs „solche eingeführte neuerung dem armen mann, so one dafs bey diesen „forsamen zeitten fast erschöpft und „verderbt zu unleidlichen nachtheil „gereichen thuet, so ist es doch an dem „me dafs dieselbige dasjenig, so sie gegen uns und die unfere pilligen und „wir gegen deren angehörige mit guntem bestandt auch vorwenden mögen uns nit unbilligen können etc." tunc exactio detractionis praecipitur iure retortionis.

h) L. II. art. 16. ej. stat. extraneis posſeffio immobillium denegatur: "weil daraus allerley unnrichtigkeit unnd beschwerunge erfolget, dann die jharende geschoſs unnd zinnfe „zu

caussam p̄ae se ferunt statuta Weichbildi Otterndorfensis a duce  
Magno ao. 1541. promulgata i) ex quibus tum werigeldi, tum  
hereditatis ad extraneum venientis decima exigitur, et Ius pro-  
vinciale Ditmaricum de ao. 1567. k).

Neque tantum contra eos, qui extra territorium constituti  
bona in territorio adquirere volebant, detractus territorialis  
vim habebat, sed etiam contra ipsos subditos vel ciues, qui de  
loco in locum hereditates transferebant. Patet illud primum ex  
allegata constitutione Ioachimi I. ao. 1527. lata kk), deinde ex

ordina-

„zu gebührlichen Zeiten nicht kön-  
nen eingebbracht werden“ et tunc art.  
18. ej. libri dispensit „Wen sich ein-  
todesfall alhier zutreft und der ver-  
storbenne lebst unnbeweglichend gu-  
ther und erbnehmen, die nicht jan-  
der stadt sonderm ahnn einem ann-  
dern orthe außerhalb unfer Her-  
schaft wohnen, so soll dem Rath  
„unndt unserm Ambte der vierthe theill  
„bleiben“ Si heredes extranei bona  
illa retinere volunt, cines fieri; si no-  
nint, intra annum vendere debent. Nisi  
fallimur, haec quarta exigitur in o-  
mnem euentum, statne ciuus extra-  
neus, an vendita bona transferat.

i) apud perill. de PVENDORF in  
Obs. Iur. Vniu. T. II. adp. n. 6. p.  
173. art. 10. in fin. „Wenn ein uth-  
ländisch Man wil Erve oder Blutgeld  
„nehmen deschall sik wo Recht vor ei-  
nen eheliken Erven intugen und den  
„teynden Penningk den Gerichten la-  
„then“. Iudicia dux per comitem con-

fules et senatum tum administrabat.  
k) ex edit. a. 1711. 4. Nec in cod.  
iur. Ditm. de ao. 1447. apud de WEST-  
PHALEN l. c. T. III. nec in dem Land-  
boke de ao. 1539. detractus mentio fit;  
itaque tum primum constitutum esse  
probabile est. Verba art. 40. haec  
funt: „So einer storve in unfern Lan-  
de Dithmarschen und syne Erben de  
tho den nagelatenen Gudern de neg-  
sten weren, wähenden buthem des  
Landes Dithmarschen und Unfer for-  
stendomen Schleswyk und Hol-  
steien, kalmen denn desfulve und wil-  
len de Gader buhnen Landes bringen,  
so schollen sie uns lathen den tenden  
Penningk von sodanen Gudern, Dar-  
up dem Vage de jeder Tyd flytige up-  
achtinge tho geben by sinem Eede  
hiermit schall sin uperlecht“.

kk) Tit. IV. „Wer Kindergeld o-  
der Erbgut von dem Rath oder aus  
dem Gericht wegbringen will soll ge-  
ben dem Rath in Städten oder der  
„Herrschafft



*ordinatione politica Cuſtrinensi de ao. 1540. l) et ex iure praefecture Hagaſis ao. 1580. iuſſu Archiepiscopi Bremeriſis in ſcriptu-rum redacto m), ex quo illi tertia debetur de bonis ex vna iuriſdi-ctione in alteram translatis n); aliisque conſtitutionibus prouin-cialibus.*

In primis vero introducto detraſtu territoriali intelligebatur, neminem in territorio eſſe, qui ius detrahendi habeat, niſi principem, adeoque ad illud exercendum vel diurna poſſeſſione eius auſtoritate firmata, vel expreſſa confeſſione opus eſſe, V-triusque ſtatuta ciuitatum exempla habent. Ad poſſeſſionem longaeuam prouocant ſtatuta *Salfeldensia* ao. 1558. a duce con-ſtificate o), *Oſterodensia* de ao. 1580. p), et *conſtitutio Elec toralis Sa-zonica*,

„Herrſchaft in dörfern von jeglichem „Markiſchen Schok vier markiſch Gro-“ſchen und dem Richter von jeglicher „Perſon welche ſolch kindergelt oder „Erbgut aus dem Gericht nimpt und „wegbringt zwölff markiſch Gro-“ſchen“. Inferiunt quoque hic et fe- quens locus iis, quae mox dicemus, in- tructo ſcilicet detraſtu territoriali, iuriſ detraſtus exercitium ſolos prin- cipes moderatos eſſe.

l) c. XI. "Wer in andern Gerich- „ten darinnen er nicht geſeffen Erb neh- „men wurde foll vermöge dem Landes- „brauch und ordnung als 12 Gr. den „Gerichten vom Haupt und dem Rath „von jedem Schok 4 Argr. fo hoch ſich „das Erbe an fahrender und unfa- „der Haabe erſtrecken wird zum Ab-

„ſchoſ ſieben“.

m) apud perill. de PVFENDORFL. c. T. III. in adp. n. I.

n) p. 17. "wenn ein Hergewede „oder Frauen Gerade aus dem einem „Gericht ein das andere gezogen wirdt „geburet unferm gnädigsten furfen „und hern etc. wegen des haufes Ha- „gen von beiden teilen das dritte „teill". Id moris eſſe iudicium Rech- tenflethenſe reſpondet praefecto Ha- geniſi iuſſu Archiepiscopi quaerenti. Plural. c. videri poſſunt.

o) apud Cel. c. F. WALCH vermiſcht. Beytr. zum deutſch. Recht P. I. n, III. art. 26. "Es follen alle diejeni- „ge, ſo außerhalb dieser ſtadt Salfeld „und dertfelben Weichbild geſeffen und „etwas allhier ererbt, ſchuldig feyn, „ehe

xonica, quam excitauiimus, retorsionem ciuitatum in exercendo detractu possessione, vsu, ac obseruantia circumscribit q). Expressa concessionē exercitium iuris detractus in statutis obtinuerunt ciuitates *Frankenhufana* ao. 1558. r), et *Gothana* ao. 1579. s). Nonnullis partem tantum detractus permiserunt principes, alteram ipsi percepérunt, quemadmodum id supra in occupatione hereditatis post annum p̄aeschcriptae contigisse vidimus. Communionis huius vestigia sunt in statuto ciuitatis *Wasungenis*, quae est in comitatu Hennebergico ao. 1561. condato r), ubi dimidia detractus

comiti

concessionis haec sunt: "Wenn sich — „jnn der Stadt Franckenhausen ein „fall zuträgt dass einem frömbdten — „einn erbe gäntzlich oder zum theill „aufstirbet so soll der Rath gemeinem „Nuzen zu gute den zehendenn Pfen- „ningk von dem erbe so dem frömbd- „,linge gebieredt — zubehaltnen ha- „ben". Speciatim ex immobilibus bo- „nus extraneo delatis quarta ciuitati concessio est (n. h.).

p) apud *perill. de PVFENDORF* l. c. T. II. n. 11. art. XI. "Begebe sichs „dafs jemand von bnen hero Erb und „gut aus unfer stadt oder Dorf Uehrda „fodern und erlangen wollte damit er „erblich befället wäre so soll derselbe „solches seines gefoderten Erbes und „Gutes den dritten' Pfenning wie von „alters hero continuirt bey unferer „stadt laſſen".

q) "Wenn eine Stadt solch unbil- „lich Recht im Gebrauch und doch „gleichwohl dasselbe wider eine oder „mehr gewisse Städte niemals ins „Werk gerichtet hätte, so können „solche Städte und Oerter sich hinwie- „derum des iuris retorsionis gegen fel- „bige Stadt auch nicht gebrauchen".

r) l. c. apud *Cel. WALCH* ubi verba

s) in *Gotha diplomatica* P. III. c. 29. Stat. art. 21. "Was auswärtigen „Burgerskindern oder andern frem- „den Personen durch Todesfälle oder „andere rechtmäßige Mittel in dieser „Stadt an unbeweglichen Gutern zu- „fallen wurde, und dasselbe gelöste „Geld hinweg wenden wolten, davon „sollen sie dem Rath von 25 Gulden 1 „Gulden geben". Probat hoc exem- „plum quoque fundamentum detractus ex bonis immobilibus venditis.

t) apud *KREYSIG* l. c. T. I. p. 413. "Wer — anererbt Guter in eine frem- „de



comiti, dimidia ciuitati cedere dicitur: et quodammodo in statuto recentiori ciuitatis *Brunsvicensis* de ao. 1532. vbi ex herweda extraneo delata aduocato tertia, senatui scutum et arma debentur *u).*

### §. XXIII.

#### *Privilégia detractus caesarea post initia detractus territorialis concessa.*

Accesserunt post initia detractus territorialis numero priuilegiorum caesareorum *Rauenspurgense* de ao. 1530, quo priuilegium a Maxim. I. eidem ciuitati indulsum eo extenditur, ut plus decima iure retorsionis sumere possit *a).* Porro *Spirense* ao. 1566. *b)* et *Francofurtanum* ao. 1570. *c)* a Maximiliano II. concessa. Vtrique ciuitas ante non detraxerat, quod expresse in priuilegiis continetur; vtriusque priuilegium quoad concessionem ipsam eadem verba, et censum emigrationis ac detractum coniunctos habet *d).*

At

„de Herrschaft wenden will, der soll  
„von hundert Gulden funf Gulden zu  
„Abschied geben — die halb uns, die  
„andere Helfte der Stadt Wafungen  
„folgen fallen“.

*u)* apud perill. de PUFENDORF l. c.  
*T. IV. n. VI.* p. 101. vbi ex hereditate post annum vacante senatui scutum et arma deberi dicuntur, et deinde „myt denjenen so dat hergewede bu-  
„ten fodern schall dat myt dem harn-  
„sche unde der were ok so gehalten  
„werden“ et p. 102. „Wur bestervet  
„hergewede bynnen der muren dar

„hebben de Vogede neyn recht ane, so  
„men dat gift buten de stadt, darvon  
„schall man geven dem Vogeden den  
„dridden Peuningk“.

*a)* apud LVNIG c. l. T. XIV. 38.  
Abh. tit. *Rauenspurg* §. 39. quod tan-  
tum allegatur.

*b)* apud LVNIG R. A. T. XIV. p.  
539.

*c)* apud eundem l. c. T. XIII. p. 670.  
et in *priu. ciuit. Francofurt.* P. II. p.  
428.

*d)* „dafs sie und ihre Nachkommen  
„von allen und jeden Burgern Manns-  
„, und

At caussis, ob quas ius detractionis ab imperatore petierunt differunt. *Spirenses* allegant damnum, quod ex translatione bonorum ipsis inferatur, quum territorio careant, et praeter steuras et Vngeldum nulos redditus habeant; praeterea in matricula imperii plus contribuant, quam possint, ita quidem, vt nisi eiusmodi priuilegio subleuentur, nec officiales sustinere, nec imperio et circulo praestare possint, quae debeant. *Francofurtani* autem ad aes alienum prouocant, quod per obsidionem, qua ao. 1552. cincti fuerint, ob sumtus aedificationi et munitioni ciuitatis impenos, aliasque calamitates conauertit; ac praeterea aequum esse putant, vt reipublicae ex bonis sub eius tutela partis atque ei subtrahendis pars aliqua relinquatur. Haec omnia in priuilegiis ipsis fuse exposita sunt. Ex precibus enixissimis harum ciuitatum detraictum ab illis, etiam si iam autonomiam et iurisdictionem in ciues habebant, sponte introduci non potuisse intelligitur: et *Rauenspurgense* priuilegium vel maxime docet, quam parum tum in potestate ciuitatis fuerit ius detraictum concessum definiendi.

#### §. XXIV.

„und Weibspersonen, Witwen, und  
„Burgerskindern so aus der Burger-  
„schaft bey — Leben ihrer Elternauch  
„nach deren Tod aus der stadt oder  
„derselben Landwehr ererben und mit  
„sich an andere orte bringen — nie-  
„mand ausgenommen nun hinfuhrō

„ewiglich von allen und jeden dersel-  
„ben baarschaften, Haaben, und Gu-  
„tern welcherley die sein möchten —  
„allweg den zehenden Pfennig nach  
„gleichmaßigem Anschlag zu Abzug  
„und Nachfeuer — nehmen sollen“.



## §. XXIV.

*Vestigia exclusionis peregrini heredis vel ex retorsione  
vel sine ea.*

Quemadmodum arbitrium superioritatis territorialis in confirmando vel concedendo iure detractus se exseruisse supra vidi mus; ita quoque in denegandis hereditatibus vim habuit. Ius retorsionis in excludendis peregrinis heredibus in statutis confirmatum est ciuitatibus nonnullis Misnicis ao. 1553. ciuitati Geithayn a) et ao. 1556. ciuitati Mügeln b). Generatim illud ciuitatibus firmavit *Constitutio Electoris Saxoniae*, cuius verba antea attulimus c). Nulla retorsionis mentione facta senatus longae uam possessionem in occupandis Herwedis ad extraneos deferens

a) apud Cel. c. r. WALCH in den *Beyträgen zu dem deutschen Recht* II. Th. n. VIII. p. 179. vbi Senatus iniungitur, vt gerasas et hérwedes iure retorsionis vel deneget, vel concedat: "So es an die ort gefordert „wirdet, do dannen manns hinwieder „in gleichem fahl gegen Geithan nicht „leist folgen, so sollen sie dafur sein, „dafs es dahin auch nicht gegeben „werde".

b) apud KREYSIG c. l. T. I. p. 151. n. 25. vbi eadem verba reperiuntur ac in superiori. Ceterum in vtroque in monumento conceditur extraneo hereditas, si in ciuitatem se conserat, et per decennium ibi habitat: quo non facto primum proximis consanguineis in yrbe vel extraneis, qui conditioni

illi deesse nolint, et dein dénum Se natui conceditur occupatio.

c) Ex qua hoc loco adiicimus ordinem, quem generatim ciuitatibus in denegandis hereditatibus praescribit. Quoniam scilicet non priuati, sed magistratus retorqueant, constitutur, vt tantum hi illud ius habeant, „jedoch „nicht dergestalt, das die Erbschaften „Legitima, Gerade, und Hergewette, „und dergleichen der Obrigkeit blei ben, sondern das sie denjenigen, „welchen sie ohne das nach Erbgangs recht — gebuhren, folgen sollen"; sive in loco hereditatis sint, sive alibi, vbi non denegatur hereditas: "Da aber keine Erben vorhanden oder aber die Erben — alle der Enden sefshaf tig, von dannen man solche Guter — „nicht

dis tuerunt statuta *Muhlbergensia* ao. 1563. confirmata d). Expresso priuilegio ciuitati Guestphalae *Swelhem*, cum ao. 1590. muris, portis et turribus instrueretur, Willhelmus dux Cliuiiae concessit, vt geradas et herwēdas, quae extraneis obtingerent, ad impensas munitionis adhibere posset e).

### §. XXV.

#### *Fata nouissima detractus inde a fine Sec. XVI.*

Grauissimas mutationes subiit detractus inde ab vltimo decennio Sec. XVI., ex quarum complexu nouissima historiae detractus epocha constat. Initia sunt pacta de eo tollendo vel immuniuendo, eximebantur frequenter certa personarum ac bonorum genera, vel nominatim ei subiiciebantur, de quibus ante nulla vel exigua vestigia, desiniebatur modus detractum exigendi, accedebant nouae caussae, in primis nonnullos territorii dominos in vindicando iure detractus sollicitos illud pro regali declarasse

deprehend-

„nicht will folgen lassen, auf den fall  
„sollen folche gütter der obrigkeit des  
„orts — bleiben, damit wir denn gnü-  
„diglich zufrieden — und sollen also,  
„— die Gerichte — erkennen“.

d) apud KREYSIG c. l. T. I. p. 471.  
„Aufs Land oder aus der Stadt giebt  
„man kein Heergeredte, sondern den  
„Einwonern in der Stadt als leibli-  
„chen Erben oder sonst Befreundten,  
„den giebt man Heergeredte. Wo  
„kein Befreundter noch Erbe ist in

„der stadt, so fällt es dem Rath aus  
„alter Gewohnheit Ubung und Ge-  
„rechtigkeit anheim, welches vor al-  
„ters und altheige also — gebraucht  
„ist worden“.

e) apud von STEINEN in der *Westph.*  
*Gesch.* XXI. St. p. 1347. „Oich soll  
„man fortan uyt unfer Stadt Swel-  
„hem gein hergeweide noch gerade  
„geven dan solches gelik Unser Stadt  
„het negen tokhieren to timmerung  
„und vestung der stadt“.



deprehendimus. Singulas has nouas determinationes ordine  
nunc exponemus, et deinde historiam superiorum continuabimus.

§. XXVI.

*Paſta de tollendo vel imminuendo iure detraſtus.*

Creuerat maximopere Sec. XVI. detrahentium multitudine,  
cum plerique domini territoriorum detraſtū vti coepiſſent. Summa  
haec iuris detraſtus incrementa effecerunt, vt de nouo hoc  
onere acerbae mouerentur querelae, mutua territoriorum bene-  
uolentia sublata, commerciorum libertas imminuta, et ob ius  
retorfionis commoda publica detraſtus exercitio promota haud  
viderentur. Hinc eueniebat, vt de eo tollendo vel imminuendo  
cogitaretur. Pertinent huc inprimis paſta eam in rem inita, qui-  
bus detrahentes mutuam humanitatem in concedenda libera bo-  
norum adquisitione, quam iure exigere non poterant, sibi pollice-  
bantur. Sollenne eiusmodi foedus de iure detraſtus tollendo a.  
1590. ifcum est inter principes Electores Moguntinum ac Treuiren-  
sem a), et eodem anno de eo conuenit inter Moguntinum et Franco-  
furtanos b). Inualuerat ſcilicet, vt vidimus, paullo ante detraſtus  
potiſſimum in circulis Rhenanis, cui ob cauſas allatas c) obuiam

a) apud de HONTHEIM *Hift. Treu-*  
*diplo. T. II. p. 166.*

b) In *collectione priuil. Francofurt.*  
*p. 421. ed. nou.*

c) In conuentione priori c. l. haec  
fuit verba: "Als ſich beschwehrun-  
„zwischen unfern Unterthanen we-

itum  
„gen → abnehmung des zehenden  
„Pfennigs eräugnet → daher wir zu  
„Erhaltung → nachbarlicher beywo-  
„nung nit vor unrathſam ermefſen,  
„darunter eine nachbarliche Vergle-  
„chung zu treffen".

itum est.<sup>d)</sup> Ab hoc tempore quam maxime frequentes factae sunt eiusmodi conuentiones, quas vel principes cum principibus, vel cum ciuitatibus, vel ciuitates inter se, neque tantum per Germaniam, sed etiam cum exteris inibant <sup>e)</sup>. His ius detractus vel penitus tollebatur, vel exemis certis personarum <sup>f)</sup> ac bonorum <sup>f)</sup> generibus, vel quantitate <sup>g)</sup> imminuebatur: quae vltius non persequimur, cum ex instituti ratione hoc historiae detractus caput attigisse sufficiat.

### §. XXVII.

*Nova ratio detractus intuitu personarum, quae vel ab eo  
exemptae vel ei subiectae sunt.*

Praecipuus est locus de personis, quae intra nouissimam historiae detractus periodum vel ab eo exemptae, vel ei nominatim subiectae sunt, quarum antea nulla vel perraro mentio est iniecta. Primum de exemptis nobis sermo erit, quarum frequen-

<sup>d)</sup> Exempla sunt conuentio inter March. Badens. et Regem Galliae de tollendo albinagio et iure detractus: apud SCHOEPFLIN Hist. Zaringo-Bad. T. VII. p. 264. et pactum de eodem inter regem Galliae et Elekt. Bau. cuius mentionem iniicit de KREITTMAYR. in den Ann. zu dem Cod. Max. Bau. cu. T. V. c. 25. §. vlt. etc.

<sup>e)</sup> Ex conuentione inter Reg. Poruss. et El. Saxon. nobiles exempti sunt, vt patet ex rescripto reg. Poruss. de ao. 1725. in Corp. Conf. March.

T. VI. II. Ath. p. 367. Inter reges Sueciae et Poruss. conuenit vt officiales utriusque immunitate mutua gauderent Ibid. p. 417- etc.

<sup>f)</sup> v. c. bonorum mobilium, hereditatis etc.

<sup>g)</sup> Exemplorum magnam copiam continet humanissima constitutio Brunsvicens. Luneb. de ao. 1737, qua omnibus extraneis conuento de tollendo vel imminuendo detractu obligata est; in Corp. Conf. Calemb. P. IV. c. VI. n. 8.



tia multum quoque ad imminuendum detractus exercitium contulit. Inter heredes pro diuersitate gradus differentia facta est, ita ut descendentes atque ascendentes vel plene eximarentur, vel partem tantum soluerent, foliis a latere heredibus detractui subiectis. Ex statuto Osterodenſi antiquo de ao. 1580. nemo heredum extraneorum exemptus erat a); recens autem, tum ascendentibus tum descendantibus tertiam detractus remisit b). Dimidiam detractus a liberis defuncti exigunt statuta ciuitatis Graefenhachnichen ao. 1592. confirmata c): penitus eos eximunt statuta Vinarienſa recentiora de ao. 1702. d) et Serueſlana e) quaet tamen hoc beneficium filiis ciuium extraneis denegant, si ante fata parentum alibi extra principatum Anhaltinum matrimonium inierint f).

Exigebatur antea detractus etiam ab iis, qui in eodem territorio,

a) apud perill. de PPFENDORF l. c. T. II. app. n. XI. art. XI. not. \*\*\* und soll damit gar niemand ob er gleich die Burgherschaft hette, und aber allhier nicht wohnet, verschonet — feyn".

b) Ibidem art. XI. "Iedoch sollen hierunter nicht die Erben in ab- und aufsteigender Linie, wenn nemlich die Kinder ihrer Eltern Erbschaft aden wollen, oder die Eltern ihre Kinder gedenken zu erben, sondern nur die, welche dem verstorbenen von der Gegenlinie angehen — verstan den feyn".

c) apud KREVIGG c. l. T. II. p. 356. n. 14. "Es soll — von Erbsall 3 fl. dem Rath gegeben werden nur die Kinder die ausländisch und ihre Eltern erben bezahlen die Helfte 1½ fl.

„Die collaterales aber sollen 3 fl. unweigerlich geben, sonst verfällt ihr Erbe — dem Rath".

d) Ed. ej. anno art. XXVII. "Es sollen von diesen statuten alle Kinder und Descendenten, wenn sie bey ihren Eltern succediren wurden be freyet feyn".

e) apud BECKMANN Anh. Hift. III. Th. 2. B. I. C. §. 23. n. V. n. 7. "Wenn Kinder von Eltern und Grosseltern erben, so durfen sie keinen Abzug davon geben".

f) Ibidem n. 8. "Wenn ein Burghersohn sich an einem andern Ort außerhalb dem Fürstenthum Anhalt verehelichtet, ehe seine Eltern verstorben, so muss er nach Absterben seiner Eltern den Abzug geben".

at alio loco, quam vbi domicilium habebant, bona adquisituri erant g): quam consuetudinem domini territoriorum, cum et facultati publicae et rationi detractus aduersari videretur, legibus tollere instituerunt. Factum id est in *Ordinatione prouinciali Palatina* de ao. 1594. h), *Constitutione Brunsvicensi Guelpherbytana* de ao. 1651. i), duabus constitutionibus *Austriacis*, altera de ao. 1675, altera de ao. 1680. k), et *Ordinatione politica Magdeburgensi*, ex qua primum ao. 1673. iis, qui in possessione erant, ius detractus intra ducatum confirmatum l), et deinde ao. 1688. etiam his admittum est m). Cum nonnulli plures prouincias imperio suo complectentur, etiam his ob nexum communem prospectum est. Inter Bohemiam, Morauiam, Silesiam, et comitatum Tyrolensem ius detractus sustulit constitutio *Austriaca* de ao. 1696. n). Penitus intra omnes prouincias *Brunsu*, *Luneburgicas* illud abrogavit Georgii Ludouici Electoris Resolutio de ao. 1702. o), quae ad ducatus

g) Videsis §. XXII, in med.

h) Tit. VII. p. 51. n. 1. "Wer in der Churpfalz — an einem andern ort als wo erwolnt Erbschaften erhält, soll von Abzug und Nachsteuer frey seyn".

i) Adiecta est *priuilegiis Henricopolitanis* p. 119. vbi constituta immunitate subditorum intra ducatum dux ait: "Wir wollen solchen Missbrauch welcher wider den klaren mentem „der in diesem fall gemachten Statuten lanfst ganz abgeschafft wissen".

k) Priorem, quae in *Codice Austriaco* non continetur, posterior declarat "dass innerhalb der Erblande kei-

ne Nachsteuer gefordert werden soll. Intenetur ibidem sub art. *Abfahrtgeld*.

l) Cap. 56. "Es wäre denn von undenklichen Jahren an einem oder andern ort beständig hergebracht „dass der Abzug genommen werden soll, so hat es dabey sein verbleiben".

m) In qua haec *confirmatio omisa* est. Videsis ch. THOMASIVM in ob. sel. de iure *detractus ad ord. pol. Magdeb.* §. II.

n) In *Cod. Ferd. Leop. Joseph. Carol.* p. 582., et *Ord. prot. Bohemica* 45. Nou. kk. 45. 46.



ducatus Bremensem et Verdensem ao. 1732. extensa est p). Idem facturus erat *Rex Porussiae*, vt patet ex rescripto ad regi-Neomarchicum ao. 1743. dato q). Abdicavit se quoque ao. 1750, iure gabellam hereditariam exigendi, si intra prouincias suas hereditas transferretur, confirmata tamen nobilibus et ciuitatibus ex-ercitii detractus possessione r). Verum anno post rex ipse abdi-cationem illam de translatione hereditatis e praefectura in praefecturam interpretatus est, ac praefectis detractus de bonis in potestatem ciuitatum et nobilium venturis deberi pronunciauit s).

## Inter

o) *Corp. Conf. Caleberg. P. IV.* send: "Wenn Leuten so bereits in c. VI. n. XII. vbi ius detractus in „meinen Landen etabliert seynd, aus eodem territorio pro odioso, duro, et „einer andern Provinz, als in der sie iniquo pronunciatur.

p) *Ibidem* n. VI.

q) *Corp. Conf. March. T. VI.* Cont. II. p. 160. vbi: "Da wir über-haupt finden, dass der bishierigen Praxis dieses detracts einer königli-chen Stadt oder Amts gegen die andern soviel speciem aequitatis es auch in den alten Zeiten wegen da-maligen eigenen Umständen ge-habt auf die jezige Landsverfassung und das wahre Interesse des Lan-des und der städte nicht mehr quad-riret, sondern vielmehr deren Flor und Aufnehmen verhindert und wir daher nicht abgeneigt sind dieses onus „detractus in unsren Landen gänzlich abzuschaffen".

r) *Ibidem* T. VI. Cont. IV. p. 250. Königlich Preussische Resolution auf des Generalfiscals Anfrage die Ab-zugsgelder in einigen Punkten betref-

„da → ordne Ich, dass wenn es auch bishero üblich gewesen, dass meinem Fisco davon gewisse Abzugs-gelder bezahlt werden müssen, Ich dennoch solches nicht weiter ver-lange, sondern dergleichen Ab-schoßgelder, soviel solche mich und meinen Fiscum angehen gänzlich abgeschafft werden müssen". Tunc confirmat ciuitatibus et nobilibus, qui in possessione fint, et addit: "ob-gleich die Sache an sich selbst sehr „unbillig und ungereimt ist".

s) Im *Reffrict an die neumärkische Kriegs- und Dom. Cammer zu Cul-trin* de ao. 1751. apud BEHMER in *Iure Contr.* p. 374. "Was den Ab-schoßs oder gabellam hereditariam anlanget, so ist dabey zu observi-ren, dass selbiger blos in dem fall,

"wenn

Inter ciues subditosque nonnulli ob praecipuam personae qualitatem a detractu eximi cooperunt. *Ministris atque officialibus*, vt eorum hereditates libere transferri possent, indulserunt *confitiones Brunsuicenses*, prima ab Henrico Iulio ao. 1590. promulgata), si heredes intra fines Imp. R. G. essent ac permanerent; quam dux Ulricus ao. 1613. de heredibus in linea recta interpretatus est u); altera ducis Augusti de ao. 1657, quae tum quoad officiales ecclesiasticos, tum seculares eandem restrictionem confinet x). Constitutio *Culmbacensis* Marchionis Georgii Wilhelm; de ao. 1736. y) differentiam constituit inter consiliarios, vt his verbis vtamur, actuales et titulares, reliquasque personas honoribus insignitas: illos quidem penitus eximit z), has vero detrac*tui* subiicit, si bona ciuitatum possideant a). Ex interpretatio-

ne

„wenn eine Erbschaft aus einem Kö-  
„niglichen Amt in ein anderes Kö-  
„nigliches Amt transportiret wird,  
„eifire. Wenn aber die transpor-  
„tirung aus einem Amt in eine Stadt,  
„oder aus einer Stadt in die andere,  
„welche den Abschöfs hergebracht,  
„und dabey gleich denen von Adel  
„geschutzt werden sollen, geschiehet,  
„so gebuhret der Abschöf gleich-  
„falls den Aemtern”.

i) In *Corp. Conf. Calemb. P. IV.*  
c. VI. n. 1.

u) *Ibidem* l. c. n. II.

x) *Adiuncta priuileg. Henricopol. p.*

110.

y) In *Corp. Conf. Culmb. T. II.*  
P. I. p. 280. *Erläuterung und Reguli-*

rung — wie es künftig der Nachsteuer halber zwischen den Städten und Beamten gehalten werden sol.

z) §. 1. „Auch sind wirkliche Ra-  
„the, wie solches hergebracht, nicht  
„weniger ihre Witwen und Kinder  
„von dem Abzugsgeld ihrer respecti-  
„ve Verlaßenschaft und Erbtheile, es  
„mögen dieselben bestehen in beweg-  
„oder unbeweglichen auch burgerli-  
„chen Gütern, gänzlich befreyet”.

a) §. 2. „Bey titular Raethen und  
„andern titular Personen, graduirten,  
„aduocatis, und priuatis, welche nicht  
„burgerrecht haben erhebt der Rath  
„die Nachsteuer, wo er sie herge-  
„bracht, und dafern sie burgerliche  
„güter besizen”.

H



ne extensua *Ord. Vist. Brandenb.* de ao. 1558. b) a consistorialibus facta, immunitatem plenam a detractu obtinere cooperant *clericis c)*, quam vero ad limites suos reduxit *resolutio regia* de ao. 1624. d), ita quidem, ut bona immobilia eorum omnino quindennae obnoxia, mobilia vero immunia sint; viduarum vero mobilis hereditas nulla ratione eximatur, cum priuilegiis maritorum tantum gaudeant, quoad viuant. Clericos quoque, nisi bona steuris obnoxia possederint, exemit constitutio *Culmbacenfis* de ao. 1697. e) *Nobilium Marchiae* bona immunia facta sunt a detractu, nisi vel iure retorsionis ei subiecta fuerint f). vel si in ciuitatibus constituta, earumque potestati subiecta fuerint g). Ordini equestri *Bremensi* possessio immunitatis a detractu confirmata est ao. 1651. et 1663. h). Remissus est quoque heredibus nobilium *Guelpherbytanorum*, nisi in casum necessariae retorsionis i), et *Holsatiae regiae*, nisi bona ciuitatum adquisierint, quae ei omnino subiecta sunt.

b) Tit. vom *Abschoß der Pfarrherrn*. "Der verstorbenen Pfarrherrn „Weib und Kinder wenn sie von dannen ziehen oder sich in andere Gerichte begeben sind nicht schuldig von seiner fahrenden Haab oder Erbschaft den Gerichten, darinn der Pfarrherr verstorben *Abschoß* oder Abzug zu geben, sondern soll ihnen dasselbe frey ohne Beschwerung folgen. Aber von ihren liegenden Gründen sollen der Pfarrherrn Weib und Kinder was andere dayon geben".

c) Praejudicia videfis apud *SCHEPPLITZ L. I. P. III. Tit. VIII. §. 7 II. n. 7. p. 266.* et *decreta consisto-*

*rialia in Corp. Conf. March. T. VI.*

i. *Abth. p. 138. et p. 249.*

d) *Ibidem p. 319.*

e) In *Corp. Conf. Culmb. T. I. p. 471.*

f) *Vi confirmationis priu. nobil. Marchiae ab El. Ioachimo Frid. ao. 1602. factae art. 8. apud LVNIG Coll. von der mitt. Rittersch. Tom. I. p. 883.*

g) *Ex Rec. prou. de ao. 1653. art. 39. Ibidem p. 908.*

h) *Apud eundem l. c. T. I. p. 1288.*

i) *In confirm. iurium nob. Guelpherhyt. de ao. 1709. §. 70. apud eundem l. c. p. 158.*

sint k). Fauorem exemptionis a detractu mereri quoque videbantur *personae Academicae* earumque heredes. Indultus est ille Academiis Helmstadiensi l), Hallensi m), et Gottingensi n). *Mites* inferioris ordinis ac gregarios a detractu exemit *Rex Porus-iae* in decreto de ao. 1728., et constitutione de ao. 1735 o). Denique nonis incolis immunitatem a detractu concesserunt constitutio *Brunsvicensis Luneburgia* de ao. 1718. p), et *Porussicae* de ao. 1702. et 1710. Neque tamen diuersa haec exemptionum genera ita comparata sunt, vt regulam constituant; sed pro exceptionibus omnino habendae sunt, cum vel in territoriis, vbi constituta sint, aliud subinde obtinuerit, vel personae eiusmodi exemptae alibi expresse detractui subiectae sint. In *provinciis Brandenburgicis nobilium* extraneos heredes detractui subiectos esse testantur rescripta de ao. 1731. q) et 1732. r). De *Holusatia regia* idem intelligitur ex extractu rescripti de ao. 1747 s). *Clericum* quendam Hafnensem intra *Marchiam* hereditatem adquisitum detractui obnoxium fecit constitutio quaedam *Marchica* t).

*Acade-*

- k) In const. regia de ao. 1746. in *Corp. Conf. Regio-Holz.* T. I. p. 14 42. §. 5. 6.
- l) apud LEYSER sp. 431. m. 4.
- m) *Stat. Acad. Frider. Hal.* §. 24. apud BREITHAVPT in der *Beschreibung des Saalkreises* T. II.
- n) In *Corp. Conf. Calemb.* P. I. c. I. p. 726.
- o) In *Corp. Conf. March.* T. VI. P. II. n. 252.
- p) In *Corp. Conf. Calemb.* P. III.
- q) In *C.C. March.* T. VI. II. Abth. n. 422. De hereditate nobilis Bernburgum translata.
- r) *Ibidem* n. 228. De alia in Meagapolin exportata.
- s) In *Corp. Conf. Holsat.* T. I. p. 1451. De hereditate in Lusatiam superiorem translata.
- t) In *Corp. Conf. March.* T. VI. Cont. IV. n. 61.



*Academicos Grifiswaldenses bona ciuitatis adquisituros ad detra-  
ctum soluendum obligari constat ex pacto inter ciuitatem et Aca-  
demiam inito u). Nec milites in Bauaria exempti sunt x). Ut  
alia taceamus. In plerisque statutis, quae de detractu praecipi-  
unt, agitur de bonis ciuium ad extraneos delatis, sed intra nouissi-  
mam detractus periodum deprehenduntur etiam, quae preefer-  
tim de hereditate incolarum ad peregrinos veniente detractum  
exigunt, quod continent statuta *Wismariensis* de ao. 1610. z), et  
*Ordinatio decimationis Hamburgensis* de ao. 1647. a). Verba  
statuti *Wismariensis* "der nicht Burger ist" ita concepta sunt, ut et-  
iam de aduenis intelligi possint, qui vel transeunt, vel aliquan-  
diu ibi commorantur. Denique commemoranda est *Hamburgen-  
sium* singularis detractus extensio ad omnes hereditates, quas  
heres sobrino gradu remotior percipit, etiamsi ciuis sit vel incola.  
Ex *Ordinatione decimationis* de ao. 1647. decimam b), ex *nouiori*  
autem *Senatus et ciuium placito* c) de ao. 1735. vigesimam pree-  
stare*

u) apud *Cel. DAHNERT* in der  
*Samml. Pomm. und Rüg. Landeskurk.*  
*T. II.* p. 903.

x) Vi mandati Electoralis de ao.  
1740. §. II. cuius mentionem iniicit  
de *KREITTMAYR* in den *Ann. zu dem*  
*Cod. Max. Bauar. ciuil.* T. V. c. 25.

z) apud *SCHROEDER* *Befchr. von*  
*Wismar* p. 577. art. 26. "Stirbt je-  
„mand zu Wismar, der nicht Burger  
„ist, beerbt oder unbeerbt, so gebürt  
„der Cämmerey der zehende Pfen-  
„ning vor der theilung von allen Gü-  
„tern".

a) *Sammlung Hamb. allg. Mand.*  
*T. I.* p. 166. art. 7. ex quo de heredi-  
tate incolarum, qui per decennium,  
in ciuitate fuerunt, si peregrini here-  
des eam transferant, detractus exigi-  
tur. Definitum hoc loco accuratius  
est, quod iam in statuto de ao. 1497.  
supra allegato continebatur.

b) l. c. art. IX.

c) Quod i. *KLEFECKER* diss. *de ef-  
fectu priuilegiorum ab imperatore con-  
cessorum quoad ius collectandi statuum*  
etc. sub N. I. adiunxit.

stare tenetur. Caeterum in hac extensione nihil praeter nomen superest, cum, quod a ciibus praefetur, naturam collectae induerit.

### §. XXVIII.

*Nova ratio detractus intuitu bonorum, quae ab eo libera  
vel ei obnoxia facta sunt.*

Exemptionibus bonorum a detractu, quarum exempla antea allegauimus, accesserunt hoc aeuo eae, quae doti induluae sunt: ut in Ord. prou. Palatina de ao. 1594. a) et in Ord. polit. Magdeburgensi de ao. 1688. b). Neque tamen immunitas haec vbi- que obtainere coepit. Nominatum detractioni dotem subiecit Ord. decimationis Hamb. de ao. 1647. c), et Ord. pol. Magdeburgensem rescriptum Electorale de ao. 1693. d) ita definit, ut primum quidem dos immunis censenda esset, sed collata, adeoque portionis hereditariae indolem fortita, detractui omnino subiicere- tur. Nec legata ad pias caussas vbique recentiori aeuo fauorem exemptionis expertae sunt. Constitutio Austrica de ao. 1735. ge- neratim omnes pias caussas extraneas detractui obnoxias reddi- dit e). Olim quidem plerumque detractus de bonis exportatis

exige-

a) art. 3. vbi additur "wenn keine „Gefehrde dabey ist".

b) cap. 36. §. 7.

c) Sammlung Hamb. allgem. Mand. T. I. p. 66. art. 5.

d) Quod CHR. THOMASIVS diss. all. ad ord. pol. Magdeb. §. 32. interse- ruit. Caufsa huius declarationis fuit;

quod ius retorsionis, cuius §. 6. men- tio innecta est, ad dotem non per- tineere, de qua separatum dispositum es- rat, idque in praeiudicium ciuium Magdeburgicorum vergere videbatur.

e) In Suppl. Cod. Austr. P. II. p. 877. addi potest alias locus p. 519.



exigebatur, quod etiam tum intuitu bonorum mobilium tum immobilia in *Holsatia regia nominatim nouiori aevo constitutum est f)*: ideoque extraneus, si in locum hereditatis vel bonorum, quae adquisitus erat, concederet, ibique onera ferret, immunis habebatur. Verum intra nouissimam detractus periodum is expresse in nonnullis Germaniae legibus etiam de bonis non translatiis exigi coepit. Habet hoc in primis *statutum Lubecense de ao. 1602. g)*, quod postea saepius repetitum est, ex quo extranei decimis detractus subiiciuntur, etiamsi hereditates in ciuitate relinquant, onera ciuium laturi. Huc referri quoque possunt *ordinatio decim. Hambart. VI.*, ex qua omnia, quae peregrinus hereditatis titulo accipit, non ea tantum quae exportat, detractui subiiciuntur *h)*, et *constitutio Austriae de ao. 1735.* modo allegata, quae piis causis extraneis detractus praestationem iniungit, etiamsi fors intra *Austriam remaneat.*

### S. XXIX.

*Modus exigendi detractum cautior factus est.*

Ut certi essent detractus redditus omni modo cauere recentiori aevo studuerunt detrahentes. Constituebantur certi magistratus,

*f)* In *confit. generali de detractu* *ao. 1746.* promulgata quae reperitur in *Corp. Conf. Reg. Holsat. T. I. p. 1447. §. 1. et 8.*

*g)* apud *Cel. I. c. II. DREYER* in der *Einleitung zur Kenntniß der Lüb. Verordn. p. 142. n. III.* ubi compendium statuti, quod etiam ad censum

emigrationis pertinet, exhibetur.

*h)* „Bey dem zehenden Pfennig soll nicht was der fremde mit sich hinwegführt — sondern alles was er ererbt, oder an Mitgift empfängt, angesehen, und was jemand allhier ausgiebt oder bezahlet davon nicht abgezogen werden“.

tus, qui detractum exigerent, illisque eius cura sollicite demandabatur *a*), quin vt attentiores essent, pars quaedam eis concedebatur *b*). Sine eorum praescitu nulla hereditas ab extraneis exportari poterat *c*). Detinebantur bona donec testimonio publico de detractu praestito liberarentur *d*). Fides, quae peregrinis de detractu interdum habita erat, tollebatur *e*). Ad accuratam rerum hereditiarum descriptionem *f*), aut iuramatam confessionem *g*) extranei adigebantur, vt quantum ad eos peruenisset, vel quantum exportaturi essent, intelligi posset; vel ciuibus, vt peregrinos heredes denunciarent, iniungebatur *h*). Liberabat plenumque antea adquisitio juris ciuitatis a praestatione detractus, quae cum nonnullis ciuitatibus minus expedire videretur, oneribus ab absentibus ciuibus frustratis, ad perpetuam habitationem adstringebatur peregrinus *i*). Qui detractum ex pretio venditionis bonorum

*a)* Videatur in primis pactum inter  
Senatum et Centumuiros Stralsundenses  
ao. 1616. a duce Philippo Iulio  
confirmatum art. *XIX.* Von der  
Zehnpfennigs-Herrn Eid und Amt  
und wie hinfüro der rote Pfennig  
eingehoben und zum gemeinen Gutge-  
bracht werden soll. apud DAEHNERT  
Samml. Pomm. und Rüg. Landesurk.  
*T. II.* p. 67.

*b)* C. C. March. T. VI. cont. *III.*  
p. 86. ubi Rex Porosiae procurato-  
ribus fisci quartam partem detraetus  
eam ob causam concessit.

*c)* Resolutio Austriana de ao. 1684.  
in Cod. Iur. Austr. sub art. *Absfahrt-*  
*geld.*

*d)* Pactum Stralsundense alleg. n. 4.

*e)* Confl. Reg. Holst. de a. 1746.

§. 7. in Corp. Confl. Reg. Holst. T.

I. p. 1447.

*f)* C. C. March. T. VI. 1. Abth.  
p. 137. 141. Conf. Brunsv. Guelph.  
in Priv. Henric. p. 119.

*g)* C. C. March. T. VI. 1. Abth.  
565.

*h)* Pactum Stralsundense all. n. 3.

*i)* Stat. Hamburgense de ao. 1603.  
vbi nouissime loco de detractu addi-  
tum est: „Wollte aber der fremde  
„Mann, dem Erbgut in dieser Stadt  
„angefallen, innerhalb Jahres nach be-  
„schlechter Theilung in dieser Stadt  
„seine haeuſliche Wohnung anstellen  
und



norum immobilium exigebant, iudicibus ne instrumentum venditionis, et vendoribus, ne pretium traderent, antequam detraetum praestitum esse scirent, praecipiebant *k*). Ab retorquentibus detractus exercitium cautio datis reuersalibus postulabatur *l*), et quae sunt eiusmodi plura *m*), quibus modus exigendi detractum pro securitate praestationis definiebatur.

### §. XXX.

#### *Nouae cauffae detractus exigendi.*

Quam institutorum usumque publicorum in detractu exigendo rationem inde a primis eius originibus diuersimode habita esse vidimus, eandem et recentius aeuum habuit. Ad sustentandos pauperes ex hereditate ciui vel incolae a peregrino transferenda certam partem exigunt statuta *Dresdana* de ao. 1659. *a*): et ad conseruandum ergastulum publicum ciuitatis re-

cens

„und die Zeit seines Lebens mit dem „angefallenen Erbgut bewohnen blei- „ben und folches genugsam verfi- „chern, der soll den zehenden Pfen- „ning von den ihm angeerbten Gü- „tern zu geben nicht verpflichtet „feyn“: et Privil. *Oldenburgica* ao. 1694. confirmata §. Nachdem endlich E. apud OETKEN C. C. Oldenb. P. VI. p. 81.

*m)* *Ord. polit. Nassov.* de ao. 1616. P. II. c. I. n. 10. et II. et *Ord. Prov. Nassov.* P. I. c. I. §. 17.

*l)* *Ord. prov. Palat.* de ao. 1594. T. VII. p. 57. n. 4. *Stat. Magdeburg.*

de ao. 1640. P. III. art. *II*.  
*m)* *Statuta Wismariensis* all. de ao. 1610. praecipiunt: „Der zehende Pfenning — soll bey Verlust des Erbtheils, so dem Fremden gebühret, der Caemmerey entrichtet werden, ehe das Gut aus der Stadt gebracht wird“. Vid etiam *Cel. I. C. DREYER Einleit. zur Kenntniß der Lüb. Verord.* p. 142. et 143. et *Stat. Lüneburg.* de ao. 1722. apud Perill. de PFENDORF l. c. T. IV. n. XXI. in adp. P. IX. tit. XX.

*a)* *Cap. II. §. 3.* „von allen erleidigten Erbfällen, so von unsfern Bur- „gern

cens conditae S. Georgii ad lacum (*S. Georgen am See*) dictae, vt portio hereditatis ab extraneo exportandae relinquatur, constitutione *Culmbacen* praceptum est b).

### §. XXXI.

#### *Ius detractus regale declaratum in nonnullis territoriis.*

Quemadmodum arbitrium superioritatis territorialis, vt ex iis, quae in medium attulimus, patet, in definiendo iure detractus intra nouissimam eius periodum maximopere creuisse dici potest: ita in primis nonnulli territoriorum domini eo usque progressi sunt, vt ius detractus nominatim pro regali ac iure superioritatis territorialis declararent. Extant eam in rem *rescriptum Brandenburgicum* de ao. 1596. a), in quo regale antiquum usitatum Electorale dicitur: porro *decretem* de ao. 1647. et *mandatum generale Bavaricum* de ao. 1740. b); denique *confitutio Regio-Hol-*

„gern und Schuzverwandten außerhalb dieser Stadt Weichbils an andere Orte — gegeben werden, ist von jedem Hundert ein Gulden zu Unterhalt der Armen zu entrichten.“

b) In *Corp. Conf. Culmb. T. II. P. II. p. 373.* „Taxe — zum Beluf des neuerbauten Zuchthauses zu S. „Georgen am See —“ n. 26. „Von denen aus dem Land gehenden Erbschaftsgeldern von jedem Gulden „ein Kreutzer.“

a) In *Corp. Conf. March. T. VI. I. Abth. n. L. p. 142.* vbi Ioh. Geor-

gius Elector ad nobiles de Quitzow rescript: „Ihr habt euch zu erinnern, was wir des Abschaffes wegen, so uns nach Landesgebrauch als ein altes gewöhnlich Chuerfürstlich Regal von der Erbschaft und Absindung die eures Brudes Witwe aus diesen Landen bekommt, an euch gelangen lassen.“

b) Quorum mentionem initit de KREITTMAYR *Ann. zu dem Cod. Max. Bavar. ciu. T. V. c. XXV. §. 13.* Ipsorum copiam habere non possumus.



*satice de ao. 1746. c), quae sc̄tissima omnium iuris territorialis  
in detractu exēcendo vindex est, cum excluso possessionis longaeuae  
titulo eas tantum ciuitates tueatur, quae priuilegio ius  
detractus sint consequtae.*

§. XXXII.

*Antiquarum detractus causarum noua exempla.*

Praemissis, quae nouissime in detractu contigerunt, addenda nunc sunt, quae ad superiorum historiam continuandam pertinent. Diuersas pro diuersitate temporum detractus causas fuisse ex superioribus patet, quarum quaenam intra nouissimam eius epocham occurant exempla, nunc videbimus. Nitebatur ius hereditates adquirendi in nonnullis ciuitatibus iure ciuitatis, quo qui carebant, ad illud non admittebantur, nisi inter ciues recepti. Habent hoc statuta ciuitatis Gräfenhähnichen ao. 1592. a), et Eisenbergica ao. 1610. confirmata b). Ob defectum iuris ciuitatis

tis

c) In *Corp. Conf. Regio-Holst.* T. I. p. 1447. §. 3. „Ob zwar uns als allerhoechster Landesobrigkeit kreft der uns zugeschenden Regalien und Territorialhöheit und wegen des unsern saemmtlichen Unterthänen zuleistenden Schuzes die Abzugselder zu fodern und zu erheben alleine gehürt; so wollen wir doch diejenige Städte, welche felbige entweder ganz oder zumtheil aus einem ausdrücklichen speziellen privilegio der Landesherrschaft, keineswegs aber aus einer

vorgegebenen Observance, als auf welche hiebey nicht geschen werden soll, bisher genossen haben, welche hintüro bisweiter allemindert geniesen lassen.“

a) ap. KREYSIG T. II. p. 365. n. 14. „Jeder Fremde so außerhalb des Raths Weichbild wohnet und der Gerade oder Heergewalte abholen will bezahlt dem Rath zum Bürgerecht zuvor 3. Gulden. — Eben so soll auch vom Erbsatz 3. Gulden dem Rath gegeben werden.“

b) ap. Cel. c. F. WALCH verm. Beytr.

tis a peregrino decimas detractus exigit Senatus Suerinensis, vt  
testantur iura et obseruantiae Suerinenses de ao. 1593. c), et statu-  
tum Magdeburgense ao. 1639. conditum d) tum de Radeleba tum  
Heergewetta ad extraneos venientibus decem florenos detrahit.  
Ob cauissam onerum, ad quae extranei non contribuant, detractui  
subiliuntur in statutis Vinariensis recentioribus ao. 1702. con-  
firmatis e), et Luneburgensis de ao. 1722. f) praecipiunt, vt de

Beytr. zum deut. Recht. P. II. n.  
IX. c. X. n. 2. „Würde ein Fremder  
„in der Stadt Eifenberg es wäre an  
„Erbe oder Gerade etwas erben oder  
„bekommen und bis anher ge-  
„brächlichen gewesen, das sie zu  
„Abzugsgeld nicht mehr als 3. Gul-  
„den als ein Bürgerrecht gegeben,  
„so soll es nochmals dabey verblei-  
„ben.“

c) E MSS. Senat. Hoevischii sub  
rubro Schwerinisches Recht ap. de  
WESTPHALEN I. c. T. I. p. 2041.  
„Dass auch ein Rath die decimas von  
„den Fremdlingen se Erbe nehmen  
„und keine Bürger sind bekommen  
„moegen; dann noch in- noch auf-  
„serhalb der Stadt wird keinem Fremd  
„den der kein Bürger Erbe zu neh-  
„men gestattet, er muss dem Rath han-  
„te den roten Pfennig davon ge-  
„ben.“

d) Ed. de ao. 1664. P. III. art. I.  
„So jemand in unser Stadt Ringmau-  
„ren oder Gebiete verfürhe und sei-  
„ne nächste Erben alther im Burger-  
„recht nicht nach sich löse, so fol-  
„len des verstorbenen Radelebe und“

„Heergewette jades mit 10. Gulden —  
„beschieden / bzw. und von denjenigen  
„— die solches fordern uns dem  
„Rath — erlich bezahlt werden“.

e) art. XXVII. „Nachdem — zu  
„Erhaltung Friedes und Ruhe, dar-  
„zu guter Polizey, Regiments und  
„Ordnunge, darunter ein jeder bey  
„seiner Nahrung und Güter bleiben,  
„und die soviel leichter bestern und  
„mehren kan nicht allein unsere Bur-  
„ger, sondern auch derselben auswär-  
„tige Freundschaften geniesen, al-  
„lerley Laft und Burden auf gemeine  
„Stadt und unsre Rathhäufige gelten,  
„dazu die auswürtigen nichts thun  
„noch helfen etc.“ tunc confirmatur  
ciuitati ius exigendi quinque de cen-  
tum a peregrinis heredibus, diutu-  
na posseffione adquiritum.

f) ap. Perill. de PYPENDORF T. IV.  
Off. in adp. n. XXI. P. IX. tit. XX.  
„Es sollen unifere Cammer-Herrn —  
„darauf sehen das uns der zehende  
„Pfennig von allen denen Gütern  
„die uns einmal schosbar werden und  
„darnach aus solcher verrückt — wer-  
„den gebührlich eingebbracht werde“.



bonis, quae steuris ciuitatis obnoxiae fuerunt, illisque subtrahuntur, decimae praestentur. Ad expungendum aes alienum, per damna ex pestilentia orta contractum, ciuitati *Viennenſi* ao 1680 ab imperatore ao. 1584. concessum est, vt de bonis ex potestate eius ad homines alienae iurisdictionis transiatis partem detrahere posset g). Ex pretio bonorum ab extraneo venditorum decimas detractus exigit *Ordinatio politica Nassouienſis* de ao. 1616. h), et *Ordinatio prouincialis Hohenzollerana* de ao. 1698 i) ementi extraneores intra comitatum laudemii praestationem iniungit. Nominatim de bonis immobilibus venditis ab extraneo exigit detractum *Ius prou. Badense* de ao. 1710. k). Ius retorsionis tum in constitutionibus prouincialibus tum statutis ciuitatum fere omnibus recentiori aevo ad ius detractus applicatum est, ita quidem, vt vel introductionis cauſa effet, vel vbi ex alia cauſa certa quantitas

g) In *Cod. Austr.* sub v. *Abfahrt geld*. Quantitas sunt 3 crucigeri de floreno.

h) Ed. ao. 1711. P. II. c. 1. n. 10. "Dieweil von — Ausländischen, denen durch Sterbfall oder sonst an erb und ligenden Gütern und der gleichen in unserm Gebiete und Oberkeit etwas angefallen furters, aber die selben nach Gelegenheit verkauft — haben, uns als dem Landesherrn von solchen Kaufsummen der zehende Pfennig je und allweg ist hinterlassen — worden: so lassen wir es nochmals bey solchen Herkommen bewenden".

i) Tit. XXIV. "Es soll von allen Dingen so in unserer Grafschaft ge-

„kaufft werden von den fremden und ausländischen das Handlohn wie von alters eingefordert — werden". Si extraneo bona immobilia deferuntur intra biennium ea vendere tenetur; vi habet tit. XXXIX. Wo aber etc. in quo tamen nihil de detractu aut laudemio dicatur. Verum probabile nobis est ad detractum quoque pertinere, quae tit. XXIV. de censu emigrationis disponuntur: "welcher außer der Grafschaft Zollern in ausländische — Herrschaft ziehen will, der soll von allem seinem Vermögen von jenen Gulden 6 Kreutzer; Handlohn aber 3 Kreutzer zu geben schuldig feyn".

k) Part. VI. tit. 16. §. 3.

tas exigebatur, ea vel augeretur, vel aliae conditiones iure retrorsionis praescriberentur. Ex constitutionibus prouincialibus provocamus ad *Ordin. Elect. Palatinam* de ao. 1594. 1), ad *conf. Guelpherbytanam* de ao. 1652. m), et ad *Ord. polit. Magdeburgensem* de ao. 1688. n): ex statutis ciuitatum ad *Eisenbergica* de ao. 1610. o), *Dresdana* de ao. 1659. p), ad *Lauenburgica*, quae in primis retrorsionis caussam vberime exponunt q) et *Mühlhausen* de ao. 1692. r) et 1742. s). Sunt alia permulta vtriusque generis loca, quae idem probant, quae vero omittimus, ne praeter rem longi simus.

### §. XXXIII.

*Ex concessione expressa vel tacita superioritatis territorialis etiam non usum tempore in plerisque territoriis nobilibus ac ciuitatibus iure detractus uti permisum est.*

Introductio detractu territoriali neminem in territorio ius detractus sine expressa vel tacita concessione superioritatis territorialis exercere posse in primis patebat; eius effectus nouissima quoque detractus tempora luculenta continent exempla. Extrahimus:

1) *Tit. VII. n. 2. et 4.* Ex progressio eius patet, ius detractus tum primum introducitur esse, cum diu ante vsi eo essent vicini.

m) *Adiunctam priu. Henricopolitanis* p. 119. in med.

n) c. 56. n. 3.

o) ap. *Cel. c. F. WALCH. verm. Beytr. zum deut. Recht P. II. n.*

IX. Cap. X. n. 2,

p) c. II. §. 3.

q) apud perill. de *PVFENDORF. Obj. Jur. uniu. T. III. p. 291.*

r) *Willkür der Stadt Mühlhausen* I. B. art. 86.

s) *Erbrecht der Stadt Mühlhausen* art. VIII. §. 3.

neos



neos heredes subditorum suorum detractui subiicere conati erant nonnulli ex *Austiae inferioris* ordinibus; querelis propterea motis in constitutione de ao. 1591. Rudolphus II. Imp. id ius ad illos pertinere negavit, seque eos tantum, qui in eius iuris quasi possessione essent, defensurum professus est a). Arrogauerat sibi quoque exercitium iuris detractus Senatus *Leobschiizenis*, at ao. 1725, quae loco detractus exegerat, reddere cogebatur, quod eius iuris possessionem probare non poterat b). Quantumuis vero aucta sollicita in vindicandis iuribus suis superioritatis territorialis recentiori aevo adpareat cura, in plerisque tamen territoriis longaeua eius iuris possessio possidentibus auctoritate publica firmata, vel si e re territorii vel ciuitatum esse videbatur, ius detractus nouissime est concessum. Confirmatae possessionis iuris detractus in Austria exemplum modo vidimus: iam huic alia addemus. In pacto inter Senatum et Centumuiros *Stralsundenses* ao. 1616. dux Philippus Julius ciuitati immemorialem iuris decimandi possessionem confirmauit c). In diuturna possessione vigesimae ex hereditate vel legatis ad extraneos translati exigendae erant *Weissenfelsenis*, quam ao. 1662. vna cum statutis

a) In *Cod. Austr.* sub v. *Absahrtgeld* — "Gegen Landrecht weder ; Auf noch Absahrtgeld zu nehmen. Es soll aber des Absahrtgelds halb aber alfo gehalten werden, das diejenigen, so dergleichen Absforderungen des zehnendpfundgelds von alters her in quasi possessione gehabt für bass ,dabey als einer ersehneten Gerechtigkeit in Ueb- und Niessung gelas-

sen, die andern aber lieben gäuzlich ausgeschlossen seyn sollen".

b) ap. de FRIEDBERG in *Tr. de iuribus Silesiae* c. 25.

c) ap. DAHNERT *Samml. Pomm. und Rüg. Landesurk.* T. II. p. 67. art. XIX. "Als auch diese Stadt über Menschen - Gedenken in quieta iuris decimandi possessione gewesen und noch ist".

tutis confirmatam obtinuerunt d). Eadem ratione confirmatis statutis longaeua iuris detractus possessio intacta mansit *Vinariensis* ao. 1702. e) In generali priuilegiorum confirmatione ciuitatibus suis iuris detractus exercitium simul firmavit Georgius Wilhelmus Marchio *Brandenb.* *Culmbacenfis* f). Sublato iure detractus intra prouincias *Brunsv.* *Laneburgicas* reseruabatur illud, si exportarentur bona, iure retorsionis exercendum, tum ab Electore, tum a nobilibus, ciuitatibusque, si possessionem eius longe uiam probare possent g). Denique intra prouincias *Brandenburgicas* ciuitates nobilesque ius detractus posidentes religiose rex diuersis rescriptis, decretis, ac constitutionibus defendit h). Nec

d) ap. KREYSIG. T. V. p. 168. cap. VIII. "Wenn jemand von hier anders wohin seine angefallene heredität oder legata — zu transferieren, oder ohne Erbsfall — seine Güter — in und außerhalb der Stadt zu gelassen gemeinet, ist ex conjectudine der Rath befugt certam portionem als den 20sten Theil von solcher Erbschaft und Legaten oder daraus gestoßen Geld fo aus diefer Stadt an fremde Orte verwendet werden zu detrahiren: und weil der Rath vor 50 60 und mehr Jahren solch ius de traditionis exerciret auch nochmals in possessione vel quasi solches exercitii sich befindet, so hat es nochmals dabey sein Bewenden".  
e) art. XXVII. Post ea, quae §. antec. attulimus, pergit statutum: "Und über rechts verwehrte Zeiten in dieser Stadt diese beständige Ge-

wohnheit erhalten und von Jahren zu Jahren observiret worden, das welcher von auswärtigen außerhalb dieses Fürstenthums — wonhaftig ein anerstorben Erbe alleine oder mit andern fodert von jedem hundert dem Rath 5 Gulden hat innlassen — müssen, — als soll es bey hergebrüchter Gewonheit gelassen werden".

f) In Corp. Const. Culmb. T. II. P. II. Ciu. Culmbach ao. 1713. p. 462. §. 48. Ciu. Wanfiedel ao. 1714. p. 562. §. 40. Ciu. Hoff ao. 1717. p. 520. §. 47.

g) In const. alleg. de ao. 1708. l. c. "Da denn uns, unsern adelichen Gerichten und den Städten welche das Abzugsrecht erweislich hergebracht" etc.

h) Senatum *Cotbusensem* ao. 1732. in C. C. March. T. VI. II. Abtl.



desunt exempla, quae iuris detractus expressam continent concessionem a superioritate territoriali indultam. *Viennenses*, quibus pestilentia et obsidiones Turcicae magna damna intulerant, ex quibus aere alieno obruebantur, cum ad hoc exsolendum ius detractus ab imperatore peterent, primum quidem ao. 1680. eis denegatum, quadriennio autem post concessum est *i).* Quo iure quum se abdicare postea nollent, eodem iure ut contra illos vti possent, priuilegio caefareo ao. 1714. obtinuerunt ciuitates Silesiae, Bohemiae, et Morauiae *k).* Interdum communes fuisse detractus prouentus inter principes et ciuitates supra diximus, huius communionis quaenam nouissima detractus aetas contineat vestigia supereft, ut videamus. Duas partes decimarum detractus accipit aduocatus ducis, vnam ciuitates *Parchim* et *Sternberg* in Megapoli *l).* *Gustrouiae* si hereditas summa L florenorum non excedat, decimae ab extraneo herede soluendae ciuitati cedunt;

*p. 439.* generatim ciuitates nobilis-  
que ao. 1750. cum ius detractus intra prouincias suas abrogaturus esset,  
vbi rex ait: "Wenn einige Städte  
„oder auch einige von Adel wirklich  
„berechtigt sind in dergleichen Erb-  
„schaftsrälen von Erbschaften so  
„nach andern meiner Provinzen ge-  
„hen einigen Abschöss zu fodern, so  
„kan ich folchen ihre hierunter schon  
„habende rechtliche Befugnisse und  
„Privilegia nicht nehmen, noch  
„schmälern, obſchon die Sache an sich  
„selbst sehr unbillig und ungereimt  
„ift". In *C. C. March. T. VI. Cont.*  
*IV. p. 259.* in med. In eandem rem

addi possunt rescripta de ao 1751.  
Jan. 29. de ao. 1752. Jul. 20. et de  
ao. 1758. ap. BEHMER in *Iur. Contr.*

*p. 374. seqq.*

*i)* In *Cod. Austr.* sub v. *Absahrt-*  
*geld.*

*k)* In *Cod. Ferd. Leop. Ios. Carol.*  
*p. 717.*

*l)* Eleganter hunc locum de com-  
munione decimarum detractus inter  
principem et ciuitates nonnullas in  
Megapoli habet *de WESTPHALEN* in  
*Mon. ined. T. I. p. 2041. n. IV.* quem  
ex *B. I. C. Beselini MST. de iuribus*  
*et iudicibus Mecklenburgicis* adfert.  
"Die Stadt Parchim bekommt von  
dem

cedunt; si excedat plane duci addicuntur, senatus vero ab extra-  
neō datur, *ein Rosenobel m.* In privilegiis Henricopolitanis de ao.  
1602. dimidia tertiae detractus cedit Sculteto principis, dimidia  
Senatus n). Eandem communionem decimarum detractus pro-  
bant statuta Kedingensia ao. 1662. in scripturam redacta o).

§. XXXIV.

*Vestigia exclusionis peregrini heridis.*

Vltimo loco commemoranda sunt adhuc ea, quae peregrini  
heredem etiamnum intra nouissima detractus tempora peni-  
tus exclusum esse testantur. Retorsionum plena sunt statuta ci-  
uitatum, plenae constitutiones prouinciales in denegandis here-  
ditatibus vel Geradis et Herwedis. Ex his sufficiat ius prouincia-  
te Mogunitum de ao. 1755. a): ex illis vero Statuta Mindensia de  
ao. 1613. b), et Hammensia ao. 1636. renouata c), quorum copiam

„dem Abschoß oder Zehenden einen  
„Theil und der Stadtvoigt wegen Ihr  
„fürstlichen Gnaden zwey Theile,  
„Gleichgeftalt wird es zu Stern-  
„gehalten“.

m) *Ibidem* „Zu Guſfrau wo fremb-  
„de und keine Bürger Erbe nehmen  
„und also den Abschoß oder Zehen-  
„den geben müssen werden die Klei-  
„nigkeiten als etwa 50 Gulden der  
„Stadt alleine gelassen. Wenn aber  
„der Abschoß höher und von 100 und  
„mehr Thaler, bekommen Ihr Fürstl.  
„Gnaden zu Guſfrau selbigen allein  
„jedoch müssen die Erben dem Rath

praeter  
„zu Guſfrau auch einen Rosenobel  
„geben“.

n) art. XIII. „der dritte Pfenning  
„ soll halb unserem Schultheissen  
„zu Behuf unsers Amts Wolfen-  
„büttel und die andere Helfe dem  
„Rath gefolget werden“.

o) ap. *perill. de PUFENDORF in Obs.*  
*inv. vnu. T. I. app. p. 161. tit. 30.*

a) Tit. XIV.

b) Tit. IV. art. 2. ap. *CRVSTVM in*  
*Comm. ad Ius Mind. p. 259.*

c) ap. *von STEINEN Westph. Gesch.*  
*VI. St. p. 1803.*



praeter rem augere nolumus, quum ius retorsionis contra extraneos fere per vniuersam obtineat Germaniam. Nulla autem retorsionis habita ratione ciuitatibus *Bohemicis* ius hereditates extraneis denegandi ao. 1648. confirmauit Ferdinandus III. imp. d): et eodem modo Geradas et Herwedas ciuium extraneis denegant statuta *Lüneburgensia* de ao 1732. e), quae ius antiquum in denegandis hereditatibus extraneis, qui onera non simul ferant, ad haec vsque tempora sancte conseruata esse testantur. Denique nec aduenarum hereditas vbique immunis habita est. Ex constitutione *Hammensi* de Gerada et Herweda de ao. 1636., quam modo allegauimus, hereditas tum nobilium tum ignobilium, qui in ciuitate diem obeunt supremum, ex antiqua obseruantia ciuitati cedit, praesertim ea, quae ad Geradam et Herwedam pertinent f). Ao. 1709. *Rotweilenses Wurtembergae* cuiusdam res, quas secum habebat, iure Albinagii occuparunt, contra quos vt retorsio in simili casu exerceretur, dux constituit g).

## C A P.

d) In *Cod. Ferd. Leop. Joseph. Carol.* p. 261. *Ferdin. III. declar. über das Böhmisiche Stadtrecht* f. 9. in pto. *Absolglässung der Erbschaften extra moenia:* "dafs alle unfere königlich Böhmisiche Städte soweit sie dis Orts in → Erbfälligkeiten von uns oder unsren Vorfahren Königen zu Böhmen priuilegiert seyn, darbey noch malen gelassen; die aber mit keinem dergleichen Priuilegio versehen, oder auch dafs sich eine priuilegierte Stadt ihres Priuilegii — begeben und einen dergleichen succedenten extra moenia — zulassen wollte, sie es thun möge".

e) apud perill. de PUFENDORF T. c. T. IV. in adp. n. XXTI. P. VI. tit. I. §. 2. 3.

f) ap. von STEINEN *Weßph. Geschichte VI. St. p. 1803.* "Wenn Fremde Adlige oder Unadlige da von die Stadt und Burgerschaft nichts zu erfreuen haben, in der Stadt versterben, so verfällt uhralem Herkommen nach was man bey ihnen findet und unter Heergewet te und Gerade gehört der Stadt anheim".

g) Quod resert Cel. GERSTLACHER *Würtemb. Ges. Verf. T. I. P. II. p. 232.*



**CAP. III.**  
**QVO IVS DETRACTVS SVPERIORITATI  
 TERRITORIALI VINDICATVR, EIVS-  
 QUE VERA INDOLES OSTEN-  
 DITVR.**

§. XXXV.

*Transitus.*

Praemissis, quae de fundamento ac natura iuris detractus ex iure publico vniuersali praemittenda fuerunt, et historia detractus, quoad per documenta, quorum copiam habuimus, exponi potuit, absoluta, iam in eo sumus, vt veram iuris detractus in Germania rationem, praesertim an illud superioritati territoriali vindicandum sit, tradere queamus. In quo vt minus impedita nobis sit via, antea quae alii vel de eius originibus vel caussis ac fundamentis in medium attulerunt, ex superioribus examinabimus, et quenam inter detractum publicum et priuatum ex potestate dominica intercedat differentia ostendemus.

§. XXXVI.

*Aliorum de origine detractus in Germania examinantur sententiae.*

In felici illo tempore, quo praeter iura peregrina iureconsulti Germani nihil sapiebant, adeoque iurium institutorumque

K 2

patrio-



priorum rationes ex illis tradebant, etiam origines detractus vel ex iure Romano vel Canonico expositae sunt. Lubentes praeterrimus, ne taedium legentibus moueamus, permulta loca vtriusque iuris, ad quae illi prouocarunt a), et subsistimus in sententia eorum, qui ortum detractus ex vigesima hereditatum legatorumque Romana repetendum esse crediderunt. Ferenda esset haec diuinatio nulla licet probabili ratione suffulta, si eaedem personae in Germania detractui subiectae essent, quae olim vigesimam ex pracepto Augusti, vel decimam postea ex constitutio Caracallae soluebant. At vigesimae vel decimae Romanae obnoxii fuerunt ciues peregrinis plane ab hereditate ciuis exclusis; detractum vero inde a primis temporibus praestiterunt, qui non erant eiusdem ciuitatis, in qua adquirenda erat hereditas, ciibus ab eiusmodi onere plerumque immunibus. Optime haec differentia ex iis, quae de ciuitate Hamburgi supra b) in medium attulimus, intelligitur, in qua et vigesima a ciibus soluenda, et decima detractus a peregrinis heredibus praestanda obtinent. Plura ad euertendam istam sententiam ex historia vigesimae Romanae et detractus adserri possent, quae vero, ne praeter rem longi simus, omittimus.

Decimam aquaeftus a Iudeis regibus olim Francorum praefitam decimis detractus et detractui ipsi occasionem praebuisse coniicit Vir summus Cel. de OLENSCHLAGER c), addubbi

a) Videña: CHR. THOMASIUM in obf. sel. de iure detractionis §. 2. 3. 4 aliosque, qui de eodem commentati sunt.

b) §. XX. not. d) et §. XXVII. in fin.

c) In der neuen Erläuterung der guldnen Bulle p. 191. not. \*

tans tamen, probeturne illa coniectura iis, qui de originibus detra-  
ctus in Germania solliciti sint? Si nos id studium adhibuisse ad-  
firmare liceat, nihil nos deprehendisse, quod ei suffragetur, in-  
genue fatemur. Nulla quantitate definita initio ipsius hereditatis  
partem retentam esse historia detractus docet; et tum, cum  
decimae adpareant, illarum originem a decimis staurarum d),  
quae temporibus illis, quibus vestigia detractus reperiuntur, in ci-  
vitatibus exactae sunt, repeteremus, quam a remotissima  
regum Francorum aetate e); nisi decimas, quae in permultis  
caussis ceu norma aequae exactiois placuerunt, etiam in detrac-  
tu initio adhibitas esse videri posse arbitremur. Originem au-  
tem rei ipsius a censu illo deriuari non posse abunde ex historia  
detractus patet.

Odio in peregrinos exactioem detractus deberi putant alii,  
ex eoque ortum eius deriuant. Verum enim vero tralatitii hu-  
ius odii Germanorum in peregrinos nulla nobis vestigia adparue-  
runt, et patroni illius nullo id argumento probarunt. In ficticio  
hoc odio exterminando praeclare versatus est Cel. f. W. PESTEL f),  
qui *Leges*, inquit, *quaē extraneos commodis quibusdam excludunt*  
*non profiscuntur ex odio erga illas, sed intensiore cura emolumenta*

*propria*

d) Videbis §. XIX. not. f. Qui locus aliis permultis angeri posset, si id nobis prepositum esset.

e) Eodem iure prouocare possemus ad capit. Caroli M. de ao. 813. c. 7. ap. BALVZIVM T. I. p. 508; in quo hisco regio ex hereditate contentiofa

per missum regium dividenda deci-  
mum mancipium et decima virga he-  
reditatis vindicantur.

f) in diss. all. qua *institiam et be-  
nignitatem legum Germanicarum erga  
peregrinos examinat* §. 13.



*propria amplificandi.* Quod non tantum ex iure vniuersali verum est, ex quo peregrinus sine iniuria excludi, vel admissus cuicunque conditioni subiici potest; sed insuper etiam ex cap. II. egregie confirmatur, in quo tum exclusionis tum detractus caussas diligenter notaimus.

Rem acu tetigisse arbitrantur, qui originem detractus moribus Germaniae et constitutionibus provincialibus tribuunt, quam sententiam plerique omnes, qui in iure detractionis elaborarunt, prae se ferunt. Verum quid hoc aliud est, quam principium petere? unde sit illa consuetudo, quanam caussae fuerint legum de detractu, quaeritur?

Ex pristina feruitate Germanica praeente A. BEYERO ff) origines detractus repetunt alii, easque pro reliquiis habere non dubitant feruitatis, quam olim totam praeter nobiles Germaniam oppressisse putant. Haec sententia in autores ipsos iniuria est, nec vila ratione idonea probari potest. Quam enim inde arcescunt, quod detractui tantum rustici et burgenes obnoxii fuerint vel sint, nobiles vero ubique immunes, id omnino a vero abest. Neque enim rustici omnes serui olim fuerunt, nec omnes burgenes liberti, quod iam doctissimi iuris Germanici interpretes ostenderunt g). Nec nobiles, quod perhibent, semper a detractu liberi fuerunt. Primis enim detractus temporibus cur in ciuitatibus exempti fuerint, nullam videmus caussam; cum aequa ac

ff) In *Spec. Iur. Germ.* C. XX. §. 4. 5. 6. chow in eleg. comment. de *statu in-*

*genitorum in Germania* §. 7. seqq. et

g) Conferendum est omnino eam §. 20. seqq.

in rem *Generosis.* I. H. CH. DE SEL-

alii communione iurium, quae ciuibus propria erant, carerent, si ciuitati adscripti non erant, vel lonera non ferebant; eximendi itaque erant, vt exempti essent <sup>ii).</sup> Introducto vero detractu territoriali eos detractui obnoxios fuisse, vel esse iure retorsionis, vel si bona ciuitatum possideant, vel alia ratione, euincunt ea, quae supra in medium attulimus <sup>i).</sup> Confundunt praeterea censum emigrationis et detractum, qui hanc sententiam sequuntur. Non enim ortum detractus ex statu seruili deriuant, sed census emigrationis, <sup>quum de concessione</sup> discedendi a seruo redimenda et pretio manumissionis disputant <sup>k);</sup> detractus autem quaenam ratio in seruis fuerit, vel esse possit, silentio praetereant: de qua mox nonnulla monebimus.

Dénique exclusio extraneorum a possessione immobilium in ciuitatibus an detractui caussam dederit, quod coniicit *Perill. de PFENDORF* <sup>l)</sup>, supereft vt videamus. Inde enim factum esse existimat, vt quae ad eos deferebantur bona, vendere cogentur, adeoque laudemii instar detractus exigetur. Vera quidem haec est detractus caussa, vt ex iis, quae in historia detractus de diversis eius caussis diximus et probauimus, sed nec ynica nec prima fuisse videtur. Neque tertiam detractus ad eam pertinere ar-

bitra-

<sup>ii) §. XX. not. n).</sup>  
<sup>ii) §. XXVII. circa finem</sup>  
<sup>k) Quod facit in primis LEVSEURS</sup>  
<sup>sp. 430. m. 2. Rec. Imp. deao. 1555.</sup>  
<sup>§. 24. sine dubio secutus, ubi tantum</sup>  
<sup>de censu emigrationis eorum, qui re-</sup>  
<sup>ligionis causa discedunt, sermo est.</sup>  
<sup>Verba quae ibi reperiuntur "gegen</sup>

„ziemlich billigen Abtrag der Leib-  
 „eigenschaft und Nachsteuer“ ne qui-  
 dem censum emigrationis ex statu  
 seruili deducendum esse euincunt.  
 quod tamen ostendere huius non est  
 loci.

<sup>l) In Obs. Iur. vniu. T. IV. obs.</sup>  
<sup>256.</sup>



bitramur, quam in ciuitatibus nonnullis Saxoniae inferioris deprehendimus: in his enim nullum vestigium detractus ex pretio venditionis bonorum immobilium exacti vidimus: nec tertia quantitas laudemii solennis est, cum decima certe aequa visitata sit. Probabilem originem tertiae detractus supra m) proponere studuimus ex divisione hereditatis aduenae post annum praescriptae, inter quam et detractum maximam similitudinem intercedere historia detractus docet: nisi quis illam vel steuris vel arbitrio exigentium deberi malit, in quo vnumquemque suo sensu abundare lubentissime patimur.

### §. XXXVII.

*Fundamenta iuris detractus ab aliis proposita examinantur.*

Quam diuersitatem in opinionibus de origine detractus §. antec. vidimus, eandem etiam in sententiis de fundamento iuris detractus deprehendimus. Fundamentorum eiusmodi duo adferuntur genera, alterum eorum, quae ex iure publico vniuersali, alterum eorum, quae ex iure Germanico repetuntur.

Ex illo est primum ius collectandi. Collectam esse detractum statuunt, qui ex illo ius detractus deriuant. Verum si naturam collectarum animo accuratori consideremus, an in illarum numerum referri detractus possit, dubitamus. Collectae enim praefstantur a ciuibus subditisque: detractum vero soluit, qui nec ciuis est, nec subditus. Exiguntur illae vi imperii, vel generatim ad conseruandam sustinendamque rempublicam, vel speciatim ad

m) §. XII. n. b).

definitos vsus publicos: imperii autem in extraneos nulla vis est, nec vlla ad contributiones alienae reipublicae, cui adscripti non sunt, conseruanda<sup>e</sup> caussa praestandas, illis incumbit obligatio. Neque patrocinatur huic sententiae, quod detractus ab extraneis exactus ad vsus publicos adhibeat<sup>ur</sup>; alias etiam vestigalia collectae essent, quae eadem ratione commodis reipublicae destinantur. Soluuntur vero vestigalia vel pro facultate transfundi vel merces transuehendi, quae extraneis ipso iure non competit, nec ex imperio vel iure collectandi, sed ex dominio publico repetendae sunt. Eodem modo detractus pro facultate bona in aliena republica adquirendi praestatur, et ex eodem fundamento deduci debet, ut ex iis, quae Cap. I. diximus, et quae infra dicemus, patebit. Hae itaque differentiae efficiunt, ut detractus numero collectarum esse nequeat. Magis infirmatur ea sententia, si ea, quae Cap. II. de iure statuendi in peregrinos et historia detractus continentur, in auxilium vocemus. Quis ex iure collectandi exclusionem peregrini reliquasque conditiones praeter detractum extraneis praescriptas defendet? quis redemtionem hereditariam, aut pecuniam loco detractus pro adquirenda ciuitate solutam? quae ex uno eodemque fundamento deducenda sunt. Diu ante Francofurtanis et Spirenibus ius collectandi concessum erat, et nihilo tamen minus novo priuilegio pro exercendo iure detractus illis opus erat. Quae ad euertendum hoc fundamentum sufficient.

Ex tutela, quam imperans bonis a peregrino transferendis praestiterit, in cuius compensationem vel remunerationem pra-

et. 2. 10. 1. 1. 1. 1. L.

VIX & Ma. 10. 1. 1. standus



standus sit, ius detractus imperanti tribuant alii, <sup>a)</sup> Quam causam Cel. F. W. PESTEL *a)* recte minus idoneam vocat, et LEYSERVS *b)* ludibrio exponit. Adeo enim infirma est, ut indignam autoribus suis esse arbitremur. Quis enim iura plena grato animo metietur? quid si extraneus gratus esse nolit? si vexata ista bona non defensa adfirimet, ex quanam causa, ut detraictum soluat, adigi poterit. *a)* In diss. all. §. XIV. *b)* In Med. ad Pand. sp. 430, m. 1.

Dominari videtur sententia eorum, qui causam detractus ex iure exigendi compensationem damni translatione bonorum ei, sub cuius potestate illa fuerunt, illati deriuandam esse putant. Damnum hoc nonnulli in amissioni iuris collectas exigendi ponunt, ideoque detraictum nonnisi in illis bonis obtinere posse arbitrantur, quae antea steuris obnoxia fuerint. Verum ut taceamus necessitatem ab illis proponi, non probari, ex historia detraictus abunde patet, de Géradi et Hérwedis exactum esse detraictum, vel exigi, de quibus nouiori praesertim aeuo, quo bonis immobilibus, vel rebus, quae consumuntur impositae sunt, steurae non soluuntur. Alii vero illud in omnium iurium, quae imperans in bona transferenda habuerit, amissu versari sibi persuadent, adeoque satis aequum esse putant, ut detraictu praestito illud resarciantur. Sed primum translationem bonorum, ut detraictus exigi possit, necessariam esse supponunt, sine qua damnum intelligi nequeat. Quod tamen verum non esse ex locis quiae §. XXVIII. *in fin.* excitauius intelligi potest. Et qua ratione exclusiones peregrinorum defendant? Deinde damnum illud, quod exportatione bonorum auct. *a)* In diss. all. §. XIV. *b)* In Med. ad Pand. sp. 430, m. 1.

rum inferri adsumunt, non eius esse naturae arbitramur, ut reparatio peti possit, si quod adfirmant, ius est peregrino ea adquirendi: qui enim iure suo vtitur, nemini facit iniuriam.

Pergimus ad ea fundamenta, quae Germaniae nostrae propria sunt, quorum e numero est primum merum imperium, cui ius detractus adhaerere putant nonnulli. Deprehendisse videlicet exercitium detractus sibi videntur apud eos, qui illo instructi sint, ideoque coniunctionem vtriusque necessariam esse colligunt. At quid ius animaduertendi in facinorosos commune habet, cum iure ei, qui est extra territorium vel ciuitatem partem bonorum ad ipsum delatorum detrahiendi? Nec historia detractus eius coniunctionis vlla habet vestigia. Plurimae ciuitates imperiales banno sanguinis iam erant instructae, cum priuilegia detractus ab Imperatore impetrarent, quod ex collectis illarum priuilegiis c) satis superque intelligi potest. Diversa sunt haec summae potestatis iura, quae diuersa qntuntur concessione, si ea quis coniunctim habeat, nec a concessione vnius ad exercitium alterius duci posse consequentiam est in propatulo. d)

Eadem opponenda esse videntur illis, qui iurisdictioni ciui- li ius detractus annexum esse adfirmant. Quid enim hoc ad potestatem cognoscendi vel decidendi vel iudicatum exsequendi?

c) apud LÜNIG im R. A. T. XIII. ganter disputavit Perill. G. H. AYRER et XIV.

d) Contra eos, qui ius fisci me- ro imperio adhaerere statuunt, ele-

L 2

ganter disputavit Perill. G. H. AYRER  
in diss. de iure occupandi bona vacan-  
tia, in qua §. 5. seqq. causae huius  
ineptae doctrinae propositae sunt.



Vbi iūs dicens simul detrahit non ex iurisdictione, sed ex alio fundamento ius detractus exercet, vel administratorio nomine, vel titulo praescriptionis, vel priuilegii, vel vi potestatis dominicae. Neque adeo pro fructu iurisdictionis haberi potest detractus, qui ad illam non pertinet. Multæ sunt potissimum iurisdictionis fructus, quippe quae ad ius dicentis auctoritatem tuendam comparaatae sunt, inter quas certe detractus referri nequit.

Denique autonomia et iure statuta condendi ius in peregrinos statuendi adeoque nec ius detractus comprehendendi supra (§. XIII.), quod satis est, ostendimus. Ex constanti enim Germaniae vsu illa tantum inter ciues vim habuit, nec ciuitates ea ad excludendos extraneos, vel ius detractus introducendum vti poterant, donec vel iura aduocatiae adquisierant, vel ius illud ex speciali concessione obtinuerant (§. XXIII. etc.).

### §. XXXVIII.

*Differet a detractu publico detractus priuatus ex potestate dominica.*

Cum sint, qui detractui, cuius nos rationem habemus, eum, qui in potestate dominica fundamentum habet, originem dedisse adfirment, vtrumque vt distinguamus, antequam ad nostram sententiam transeamus, necesse erit. Eam ob rem nonnulla de natura ac fatis detractus ex potestate dominica praemittimus. Nihil proprii sibi vindicare potest seruus, qui quoad personam est in proprietate domini, cuius beneficio habet, quae

ad

ad vitam sustentandam ei sunt concessa. Cum primum fato fungitur, res eius iure proprietatis ad dominum redeunt. Hoc iure primum dominos in Germania in seruorum demortuorum hereditates vlos esse docent monumenta historica a); nec seruus quamvis manumissus, antequam ad tertiam generationem peruererat, ius hereditatem transmittendi habebat b). Ere dominorum postea visum est, vel liberis hereditates parentum concedere vel agnatis cognatisque, quas tamen vel dimidia vel tertia vel quarta pars vel quacunque alii mortuarii praestatione e manu illorum redimere cogeabantur c). Poterant vi juris sui in heredes intra seruorum familiam constitutos benigniores esse domini, quam in plane extraneos, eosque tales fuisse non improbabile est. Exstat eam in rem charta de ao. 1383. d), in qua lis inter homines proprios et abbatem Raitenbuchensem in Bavaria ita decisa est, ut huic dimidiam occupare liceret, si heres serui intra familiam esset seruorum monasterio addictorum: sin extra, totam. Eodem modo ab extraneis heredibus

a) *Hildebertus Cenom. ep. 65. ap. HACHENBERG Germ. med. diss. II. §. 20.* Locus Guillelmi Britonis Philipp. I. 383. ap. *Perill. de PVENDORF l. c. T. III. obf. XIII. §. 8.* etc.

b) *Lib. VIII. cap. 208. Bignon ad form. Marculfi ap. BALVZIVM T. II. f. 904.* Hinc eis manumittens dominus succedebat. *Leg. Ripuar. tit. 57. §. 4. tit. 58. §. 4. tit. 61. n. 1. ap. BALVZIVM T. I. p. 41. et 45.* etc.

c) *Videndum est HALTAVS in*

*Gloss. v. Butteil, Hauptrech etc.*

d) *In mon. Boicis T. VIII. p. 83. inter mon. Raitenb. dipl. miscell. n. LXI.*

e) "Wairen aber dieselben Erben mit des Gotteshauses aygen, so soll „de gegenwirtig Brobst und furbaß „ain yglich Brobst dasselbe Gut gar serben, und sich des underwinden „unserm Gotzhaus ze Nutz und ze frum".



herēdibus tertiam vel decimam exigere poterant domini, cum herēdes domesticos iam liberos pronunciaſſent. Quod quomodo et quando primum factum fit, nos latet. Itaque qui detraſtum hunc vi potestatis dominicae in herēdes ferui extraneos ante exercitum esse contendunt, quam detraſtum, cui extranei herēdes ciuium hominumque liberorum ſubieſti ſunt, ab iis adſertionis huius probatio- nem iure poſtulamus. Quae quidem etiamſi adferatur, nondum ta- men conſequi puſamus, vt detraſtus personarum liberarum analo- gia inde perita eſſe dici poſſit, cum ex ſuo vterque iure, ex separata vterque cauſa introduci poſſet. Diuersae personae, quae vtrique ſubiiciuntur, diuerſum ius, ex quo vterque exercetur, inſignem in- ter eos conſtituant differentiam, ob quam alterum *priuatum*, alte- rum *publicum* adpellare licebit. Hic quidem vi iuris territorialis exerceſetur et ad ſolum imperantēm pertinet, ille vero vnicuique domino tribuendus eſt, qui proprietatem in res et personam fer- ui ſibi vindicare poſteſt, nec vlla ratione a confeſſione imperan- tis pendet. Nobilibus diuerſiſ in territoriis detraſtus exerci- tium confeſſum eſſe ſupra vidimus, ex quanam autem cauſa detraſtu vſi ſint, quum defenſerentur, nos latet. Neque enim omnes homines proprios habebant, nec omnes potestatē do- minicā, ex qua detrahendi iure vti poſſent, etiam titulo con- feſſionis expreſſae vel tacitae exercitium iuris detraſtus poſteſt habere, ſicut iurisdictionem patrimonialem. Necceſſariam fuſſe confeſſionem iis, qui in ſubditos liberos iure detraſtus vti vo- lebant, minus neceſſariam, at tamen vtilem fuſſe puſamus iis, qui ex poſteſtate dominica detraſtus exercitium poſſidebant.

## 6. I

## §. XXXIX.

## §. XXXIX.

*Ius statuendi in peregrinos, sub quo detractus publicus comprehenditur, est ius superioritatis territorialis. a) ex applicatione principiorum iuris publici vniuersalis.*

Remotis, quae obstat poterant, ius statuendi in peregrinos praesertim detraictum publicum, cui personae liberae subiiciuntur, quae in alieno territorio bona adquisiturae sunt, ius esse superioritatis territorialis, ex superioribus ~~principiis~~ <sup>principiis</sup> ostendit. simulque vera eius ratio exponi potest. Superioritatem territorialem imperium ciuale esse regimini imperatoris totiusque imperii subordinatum inter omnes constat. Complectitur itaque omnia iura, quae imperio ciuali insunt, nisi vel legibus imperii publicis, vel legibus territorialium pastisque, vel generatim naturae repugnant subiectionis. Cum vnicuique imperanti exercitum iurium dominii publici per territorium competit (§. I.): tribendum quoque est superioritati territoriali ius territoriale per regionem, quae ei subest. Vis eius, sicut in imperante ex iure publico vniuersali, ita in superioritate territoriali tum intra territorium se exserit, tum intuitu exterorum. In directionem usus dominiorum priuatorum inspectionemque in res publicas complectitur in territorio (§. II.). Intuitu exterorum vero hoc habet, quod in territorio sine consensu superioritatis territorialis quidquam iuri nemo extraneorum sibi arrogare (§. III.), adeoque nec bona adquirere, nec speciatim vel hereditates aduenae vel ciuis iure exigere possit (§. IV.). Habet ergo superioritas territorialis eos

-110 SUR

vel



vel excludendi, vel sub quacunque conditione admittendi, adeoque etiam partem acquisitionis detrahendi potestatem (V.); quae ei soli, nec praeter eam cuiquam, nisi cui concessa est, in territorio competit; plenissimumque eius iuris exercitium definiendi arbitrium continet (§. VI.).

#### §. XL.

b) *Ex historia detractus: a) quod ius eos penitus excludendi.*

Cum iis, quae ex iure publico vniuersali superioritati territoriali vindicauimus, amice conspirant, quae Cap. II. tum de exclusione peregrinorum ab acquirendis bonis in alienis ciuitatibus, tum de detractu ex monumentis historicis in medium attulimus.

Apud reges Francorum, cum soli adhuc per imperium omnia possent, ius in peregrinos statuendi, eosque ab hereditatis bus excludendi olim fuit, qui inde prouenientes redditus per officiales ac vicarios suos exigebant (§. IX.). Transiit postea horum ius administratorium in proprium, ex quo suae quis prouinciae dominus esse, et iura regia sibi afferere cooperat. Ab hoc tempore hi in peregrinos per territorium statuebant, cuius iuris exercitii tum ante vestigia detractus, tum post ea luculenta dedimus exempla. Aduenarum hereditates mitigato iure post annum occuparunt (§. XII. n. y. z. a.), prohibita omni occupatione priuata (§. XII. n. f.). Iuri ciuibus improlibus succedendi renuncian-

nunciantes extraneos heredes vel excluderunt, vel sub diuersis conditionibus admiserunt (§. XIII. et XXI. n. d). Ciuitatibus ius in peregrinos statuendi eosque vel excludendi vel admittendi non competit, neque illud priuilegiis autonomiae confinebat (§. XIV. et XX. n. b): sed a principibus id illis sigillatim vel cencisis vel confirmatis statutis, vel expressis priuilegiis indulgebatur. Ne bona immobilia possidere possent extranei, interdicta impetrabant (§. XIX. n. i.). Ad participationem exuuiarum aduenae post annum occupandarum diuersa ratione admittebantur (§. XII. n. c-m). Per multae, vt ab hereditatibus ciuium adquirendis arcerentur extranei, obtinebant (§. XVI. n. m. n. §. XVIII. §. XXIV. n. e. etc.). Diuersae exclusionum caussae, quas historia detractus habet, ex uno eodemque iure superioritatis territoria lis repetendae sunt. Impenfarum munitionis caussa hereditatis aduenarum pars ciuitatibus concessa est (§. XII. n. n.). Ad eosdem usus exhibita sunt hereditates ciuium extraneis denegatae (§. XXIV. n. e.). Ob rationem onerum, quae extranei non ferrent, alibi, vt excluderentur, ciuitatibus concedebatur (§. XVIII. n. e.). Visitatissima exclusionis caussa sequiori aeuo fuit retorsio, qua vel principes ipsi vtebantur (§. XXIV. n. c. §. XXXIV. n. a) vel vt ciuitates vti possent indulserunt (§. XXI. n. a), vel eius iuris possessionem illis confirmarunt (§. XXIV. n. a. b. c.). Quas exclusi extraneis statim alii occuparunt ciuum hereditates, eas alii territorialium domini primum consanguineis permisérunt, extra-neos proxime excipientibus, vel in eodem loco et territorio vel extra illud constitutis, si conditionibus hereditatis adeundae deesse nollent,



nollent, vel eorum principes hereditates eadem humanitate concederent; et post hos demum vel ipsi occuparunt, vel magistris occupandas indulserunt (§. XXIV. n. b. c.). Ex quibus omnibus ius excludendi peregrinos eiusque definiendi arbitrium omni tempore in Germania pro regali habitum esse sponte consequitur.

**S. XLI.**

**B) Quod detraictum.**

Quod de genere historia comprobauit, idem de singulis eius formis et speciatim de detraictu comprobat. Cum primum detractus adparent vestigia, eo dominos territoriales vsos esse vidi mus.. Et primum illum in ciuitatibus per aduocatos (§. XV. n. c. d.): postea per totum territorium exegerunt (§. XXII. et XXXII.): et nouissimo tempore nominatim eius exercitium pro regali et iure territoriali declararunt nonnulli (§. XXXI.). Quemadmodum ciuitatibus ius in peregrinos statuendi vniuersim non competit; ita etiam detraictu vti nequibant, antequam eam potestatem essent consequatae. Ciuitatibus imperialibus priuilegia indulserunt imperatores (§. XIX. et XXIII.), qui in concessionibus detraictus insigne pretium posuerunt (§. XIX. in fin. §. XXIII. in fin.): et nonnullae ex illis, quanquam iam egregiae libertatis factae erant participes, detraictus tamen exercitium se sibi sponte afferre non posse senserunt (§. XIX. n. d. e.). Ciuitates territoriales exercitium detraictus a principibus suis impetrarunt (§. XV. n. g. XXII. n. r. s. XXVIII. n. i. k.): a quibus nonnullae tantum in commu-

❖ ❖ ❖

communionem eius iuris sunt admissae (§. XXII. n. t. u. XXXIII. n. m. n. o.) Sine priuilegio ius detractus possidentibus tum nobilibus (§. XXII. n. kk. l. XXX. n. g. h.) tum ciuitatibus (§. XXII. n. o. p. q. XXXIII. n. c. d. e. f. g. h.) confirmatione territoriali salua siebat possessio. Absque autem priuilegio vel possessione longaeua nemini in territorio, vt iure detractus vti posset, permittebant domini territoriales (§. XXXIII. n. a. b.), et nonnulli ne ex possessione quidem diuturna vel obseruantia detractus exercitum admittebant (§. XXXI. n. c.). Quae historia detractus exempla continent detractus ex autonomia a ciuitatibus introducti (§. XVII. §. XX. etc.), ea si quod §. VI. *in med.* §. XIV. et *antec.* aliisque locis diximus, huc transferantur regulam non euertere, sed confirmare videntur. Praeter concessiones arbitrii superioritatis territorialis vel in remittendo (§. XXVI.) vel definiendo detractus exercitio historia detractus egregia habet documenta, quae tum intuitu personarum, quae iuri detractus vel subiectae, vel ab eo exemptae sunt (§. XXVII.), tum intuitu bonorum (§. XXVIII.), tum modi exactionis (§. XXIX.), larga manu attulimus. Inprimis illi subsuisse vidimus cauſas, ex quibus detractum exegerunt domini territoriales. Mitigato iure in peregrinos principes Septentrionis extraneis hereditates pretio redemptas concesserunt, quod redditum pars erat, sicut olim occupatio plenaria (§. XI.). Eandem rationem initio habuisse videtur detractus quanquam nomine caruit (§. XV.). Soli iuri territoriali nulla cauſa allegata innisi sunt alii (§. XXII. n. i. k.). Nonnulli generatim ex utilitate publica (§. XXXIII. n. n. etc.), non-



nulli ex speciali causa, et ut definitis usibus publicis inferuaret, detractus praestationem iniungebant (§. XXX. n. b. etc.). Laudemii rationem habebat detractus, quem ex pretio bonorum immobilium venditorum exigebant nonnulli (§. XXII. n. h. §. XXXII. n. h. i. k.). Plurimi denique fure retorsionis usi sunt (§. XXII. etc.). Eadem causarum detractus diuersitatem in ciuitatibus reperire licet, quas vel ipsae constituerunt sui iuris factae, vel ob quas detractus illis concessus vel confirmatus est. Ad vinculam subiectionis ius bona vel hereditates adstrinxerunt nonnullae (§. XX. n. g.): ad ius ciuitatis aliae (§. XX. n. e. §. XXXII. n. c. d.) ita quidem, ut extranei in communionem iuris demum admittendi essent, et quae pro admissione soluerent, pro praestatione detractus haberentur (§. XX. n. c. §. XXXII.). Per multae in exigendo detractu ratione onerum utabantur, quibus bonorum acquisitionem annexam esse volebant; ad quam ut possint admitti, vel in ciuitate habitatum concedentes perpetuo omnino onera ferre, vel bona translaturi partem saltim relinquere cogebantur extranei (§. XVII. §. XIX. §. XXXII. n. e. f.). In nonnullis in compensationem steuarum imminutarum (§. XIX. n. xij. z. §. XXIII. in med.), in aliis ad aes alienum soluendum diversa ratione detractus exigebatur (§. XIX. n. q. s. §. XXIII. in med. §. XXXII. n. g.). Generatim ex utilitate publica aliae (§. XVI. n. h. §. XX. n. k.), ad certos autem usus publicos v. c. ad opera publica vel extuenda vel conseruanda (§. XVII. n. t.), vel ad filendos pauperes (§. XXX. n. a.) aliae detractum postulabant. Laudemii instar ex bonis immobilibus ab extraneo venditis, quae possidere

possidere non poterat, detractus nonnullis soluebatur (§. XIX. m. t. u. §. XXII. n. h. s.). Ingens denique ciuitatum multitudo retorsione, ut vidimus, vsa est (§. XXXII. n. o-s.), e quibus nonnullae cum iam ius detractus priuilegio impetrassent, iure retorsionis quantitatem detractionis augendi facultatem denuo sunt consequtae (§. XXIII. n. a.). Ex his omnibus exercitium detractus, eiusque definiendi arbitrium pro iure superioritatis territorialis omni tempore habitum esse abunde adparet.

## S. XLII.

*Hocdienum illud est adhuc liberum ius territoriale.*

Iam si ius statuendi in peregrinos, sub quo tum exclusio eorum plenaria tum detractus comprehenduntur, ex iure publico vniuersali superioritati territoriali tribuendum est, idque omni tempore a dominis territorialium, prout ipsis videbatur, exercitum esse constat; nullum est dubium, quin etiamnum illis huius iuris exercitium sit vindicandum. Possunt ergo omnes, qui superioritate territoriali gaudent, pro salute territorialium extraneos ab acquirendis bonis excludere, a possessione immobilium eos prohibere, hereditates ac legata eis penitus denegare, et quae sunt eismodi plura, quae ius illud complectitur. Liberrima ipsis facultas est extraneis, quos admittunt, quascunque conditiones praescribendi, adeoque etiam detraicti eos subiiciendi. Non defunt tamen, qui ius hoc ex diuersis causis restringendum esse contendunt. Nouam de detraictu exigendo constitutionem Rec.

M 3 Imp.



*Imp. de ao. 1555. a)* sunt, qui aduersari putent: in quo' quippe ius detrahendi iis tantum confirmetur, qui diu ante fuerint in eius possessione. Careremus citra controuersiam hac obiectione, si qui eam proposuerunt, censum emigrationis et detractum distinxissent. De solo enim emigrationis censu in hoc loco sermo est, et ne generatim quidem, sed de eo tantum, qui a religionis caussa discedente exigi possit. Cum vero census emigrationis et detractus, vti ex superioribus patebit, vt qui maxime differant, haec obiectio iis, quae adfirmauimus, obesse non poterit. Praeterea detractus exercitum hac lege limitibus circumscripsum non esse, abunde historia detractus docet, cum post annum 1555. in permultis territoriis detractus nouissime introductus sit. Qua ratione autem *Recessus* ille ad censum emigrationis pertineat, et quem modum ei ponat, disquirere huius non est loci. Sine legi auxilio ius detractus alii retorsione metiendum esse existimant, ita quidem, vt nisi in alieno territorio exerceatur, contra illud adhiberi nequeat. Sed horum sententiae tum ius publicum vniuersale tum historia detractus repugnant. Ex illo enim superioritati territoriali vi propositi fundamenti ex quacunque caussa de-

traetu

a) §. 24. "Wo aber unsere, auch  
 „der Churfürsten, Fürsten und Ständ-  
 „ten Unterthanen, der alten Reli-  
 „gion oder Augspurgischen Confes-  
 „sion anhängig, von solcher ihrer  
 „Religion wegen aus unsfern, auch  
 „der Churfürsten, Fürsten und Ständ-  
 „ten des heil. Reichs Landen, Für-  
 „stenthümen Städten oder Flecken  
 „mit ihren Weib und Kindern an an-

„dere Orte ziehen — wolten, denen  
 „soll solcher Ab- und Zuzug, auch  
 „Verkaufung ihrer Haab und Güter  
 „gegen ziemlichen billigen Abtrag der  
 „Leibeigenschaft und Nachsteuer, wie  
 „es jedes Orts von alters anhero üb-  
 „lich hergebracht und gehalten wor-  
 „den ist, unverhindert männigliches  
 „— zugelassen seyn".

tractu vti licet; ex hac vero detractum non tantum ex retorsione, sed ex permultis aliis caussis exercitum esse constat. Et profecto neino retorquere potest, nisi qui iure principali iustificatus est, quod exempla iuris retorsionis ciuitatibus tum in denegandis hereditatibus (§. XXI. n. a.) tum in exercendo detractu (§. XXIII. n. a.) concessi, quae supra allegauimus, satis superque probant. Quum itaque iuri statuendi in peregrinos et detractus exercitio, quod superioritati territoriali competit, nihil obstat, omnino pro *libero iure territoriali* habendum illud est, quod statibus imperii saluum esse iubent tabulae pacis Westphalicae b).

### §. XLIII.

#### *Plenum ius exercitium detractus definiendi superioritati territoriali competit.*

Ex libero hoc iure territoriali plenissima exercitum detractus definiendi etiamnum vti possunt domini territoriorum facultate, quam ex iure publico vniuersali eis vindicauimus, quam historia detractus egregie confirmavit, et quae aliunde limitibus circumscripta non est. Itaque ex quacunque caussa, qui in alieno territorio bona adquirere volunt, detractui a superioritate territoriali subiici possunt. Nemo ipso iure exemptus est, sed beneficio superioritatis territorialis exemptione quaecunque debetur, adeoque vel rebus defuncti vel heredi concedi potest. Rerum, quae extraneis adquiruntur, nulla est differentia, siue sint corporales

b) *Inscr. Pac. Osnabr. Art. VIII. §. I.*



sive incorporales, sive mobiles sive immobiles, sive ciuis sive aduenae, omnes iuri territoriali sub sunt. Bona transferantur nec ne, tertia exigatur, vel decima, vel quaecunque alia quantitas, nihil interest. Ex quo cunque titulo extraneus adquirat, emtione vel donatione, testamento vel successione ab intestato detractur subiici potest. Plura alia ex iure publico vniuersali et ex historia detractus addi possunt, quae ad arbitrium superioritatis territorialis pertinent, quae vero, ne praeter rem longi simus, lubentes praeterimus.

#### §. XLIV.

*Soli superioritati territoriali iuris statuendi et detractus exercitium per territorium competit.*

Denique etiam hodie num adhuc iuris in peregrinos statuendi et detractus publici exercitium soli superioritati territoriali per territorium est vindicandum. Concessione itaque indigent, qui praeter eam ut illo desiderant. Duplex autem illius esse dicitur forma, altera expressae, altera tacitae. De illa quidem nec ex iure publico vniuersali nec ex historia detractus dubium esse potest, quin ex ea valide adquiri possit detractus exercitium. At concessionis ex possessione immemoriali repetendae, an in adquirendo detractu aliqua vis sit videndum est. Generatim illi violentam praesumtionem inesse putant, pro legitima concessione olim facta militarem, qui eam ad iura imperii ciuilis adquirenda sufficere contendunt. Verum quemadmodum ex iure vniuersali idoneo iuris perfecti constituendi fundamento destitutur

i. 3. IIIV. 111. ad hanc. 111. prae sum-



praesumtio, quae incerta est, et in vtramque partem vertitur, donec lege ciuili definiatur; ita nec ad perpetuam iuris imperii ciuilis translationem colligendam adliberi potest, quum ad certum tempus, vel donec reuocetur, eodem modo concessum esse praesumi possit. Ex praesumtione itaque cauſa praescriptionis secundum placita iuris naturalis defendi nequit. Neque vllum alium fundamen tum, quod pro ea adſertur, obſtat, quominus omnem eius vim ex lege ciuili repetendam esse adſirmemus. Quia ſi conſtituitur ad ſingulos tantum pertinet, ſic ut omnes aliae leges priuatae; non autem a ſubditto contra imperantem allegari potest, qui ſuis ipſe legibus haud obligatur. Ut contra ipsum obtineat, lege ciuitatis praeceptum eſſe debet. Iam ergo, an praescriptioni immemoriali hoc datum fit, quaeritur? Vtimur iuribus peregrinis et domesticis vtriusque generis ergo ratio habenda eſt. Quod ad ius Romanum attinet, certe loca, quae pro praescriptione immemoriali tanquam titulo iurium regalium acquirendorum adferuntur, non probant, quorum cauſa alleguntur. Omnia enim ad ius priuatum pertinent, nec vllum iuris vel populi vel imperatoris vetustatis auxilio a priuato adquisiti deprehenditur in legibus Romanis vestigium. Maximum praefidium in iure Canonicō ponunt, qui vim eiusmodi praescriptionis immemorialis affirmant. Prouocant primum ad cap. 26. X. de V. S. in quo cum comiti Tholofano Pedagia, Guidagia et Salinaria Legatus interdixisset Pontifex declarauit, illa tantum eſſe interdicta, quae non apparent Imperatorum vel regum vel Lateran. Concilii largitione confeſſa vel ex antiqua confuetudine a tempore, cuius non exſlat memoria



*introducta.* Sed quis non videt, nullam hic propositam esse constitutionem generalem, neque adeo de iuribus imperii ciuilis transferendis sermonem esse. Extendunt itaque hoc capitulum, qui generatim praescriptionem immemorialem vicem tituli in quibuscunque iuribus adquirendis obtinere contendunt, quod certe ad Iureconsultorum officium non pertinet. Eadem quoque ratione c. 1. *de praescr. in cto*, vbi de praescriptione decimarum et rerum ecclesiasticarum sermo est, ad omnia alia referenda esse autumant, cum quibus ex iisdem caussis facere non possumus. Progredimur ad iura domestica. Ex his primum ad defendendam generalem praescriptionis vim prouocant ad *Rec. Imp.* de ao. 1548. §. 54. 55. et de ao. 1576. §. 100. 104. qui vero tantum exemptiones statuum a contributionibus publicis, in quarum quasi possessione ultra hominum fuerint memoriam, tuentur. Deinde nec obseruantiam generalem obiici posse putamus, ex qua praescriptio immemorialis vniuersim tituli instar habeatur, quae nunquam probari poterit: nec usum fori, cum omni tempore fuerint Iure consulti qui in adquirundis iuribus summae potestatis praescriptionis nullam vim esse adfirmarent. Deficiente itaque lege generali, nec generatim in iuribus imperii ciuilis, nec speciatim in adquirendo iure detractus praescriptionis immemorialis vim esse putamus, donec lege cuiusque territorii aliud definitum esse constet. Edenda itaque est, si superioritas territorialis id exigat, caussa possessionis, quam qui adferre nequeunt, iure suo excidunt. Summum hoc ius habet constitutio Regio-Holsatica, quam supra allegauimus, quae praeter titulum priuilegii alium ad legitimum iuris detractus


exerci-

exercitium adquirendum haud admittit. In plurimis contra territoriis possidentes in iure suo defensos esse vidimus, quod aequitati humanitatique deberi existimamus, quam iuri summo in eiusmodi caussis praferendam merito esse, quis non videt? Quinam autem detractus ciuitatum in territoriis fines sint, ex natura subordinati exercitii et concessionis ipfius intelligi possunt, quos vltra non persequimur.

§. XLV.

*Ex ratione salutis publicae iure in peregrinos statuendi et detractu  
vtendum est superioritati territoriali.*

Amplissima iuris in peregrinos statuendi ac detrahendi facultas, quam ex iure publico vniuersali et historia detractus superioritati territoriali asseruimus, nullos limites habet, quam quos ei salus publica ponit. Haec vero dominis territoriorum in Germania eo magis summa lex esse debet, quum omnes eiusdem reipublicae sint ciues, adeoque ad felicitatem communem omnes, quantum possint, contribuere teneantur. Quid enim? etiamsi hereditates licet denegare, detractu summo vti, nonne id cuiilibet superioritati licet? Vexabuntur itaque singuli, nec vniuersae ciuitati magna commoda adferentur; quin interdum plus amissum erit, quam adquisitum, si accurate omnia computentur. Nisi igitur singularis ciuitatis vel territorii ratio aliud suadeat, imitandum profecto esset humanissimae constitutionis Brunswicensis Luneburgicae de a. 1737. exemplum, cuius supra mentionem inieci- mus, ex qua omnibus, qui velint, remissio detractus pacto mutuo constituenda oblata est.



...tum. Et hinc hunc etiam nupha cum illis  
et nos vero amibus. Et auctor omni cui erit ei esse possit alio  
modo. In omnibus enim modo. non possumus nisi in spacio et in  
tempore. Nam frater eius. Et omnis membrum eius. sicut et ille  
est. In aliis enim modis. non possumus nisi in spacio et in  
tempore. Et hinc etiam nupha cum illis. Et hinc etiam nupha cum illis.

Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.

Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.  
Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.  
Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.  
Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.  
Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.  
Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.  
Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.  
Et hoc est quod dicitur. Quia omnia sunt in tempore. Et  
tempore est natura. Et natura est omnia. Et hoc est quod dicitur.

Ks- 81

(alte Stückzählung)

Überschriften

23-43.'') Retro

29.1.01

Vd 18

ULB Halle  
003 905 977


3



5b.

M





31

84.

COMMENTATIO  
IVRIS PVBLICI GERMANICI

---

Q V A

IVS DETRACTVS  
SVPERIORITATI TERRITORIALI  
VINDICATVR EIVSQVE VERA INDOLES  
OSTENDITVR.



AVCTORE  
IOANNE FRIDERICO BONHOEFFER  
L. V. D.

---

G O T T I N G A E  
APVD IO. CHRIST. DIETERICH ACADEMIAE TYPOGRAPHVM  
MDCCCLXXIII.

